This transcription of the *Collectio Sanblasiana* from Cologne, Erzbischöfliche Diözesan- und Dombibliothek, Codex 213, was made for the *Carolingian Canon Law* project, and as such complies with the conventions stipulated by the project's guidelines (http://ccl.rch.uky.edu/guidelines/guidelinestr.html).

[f. 1r] **DOMINO UENE**[f. 1v]rando mihi patri stefano episcopo dionisius exiguus in domino salutem quamuis carissimus fater {frater *corr.*} noster laurentius adsidua et familiari cohortatione paruitatem nostram regulam aecclesiasticam de greco transferre pepulerit confussione credo prisca et translationis offensus nihilominus tamen ingestum laborem tuae beatitudinis consideratione suscipi cui christus omnipotens deus solita populis pietate prospiciens summi sacerdoti contulit dignitatem ut in {inter *corr.*} plurima uirtutis ornamenta quibus ecclesiam domini morum sanctitate condecoras etiam sacratissima iura pontificalibus per dei gratiam degesta conuent[a]bus {conuentibus *corr.*} intemerata conseruans perfecto regemine clerum plebemque modereris nullatenus nostri saeculi more contentus quo pronius desideramus recta nosse quam facere sed diuino adiu[s]tus {adiutus *corr.*} iustus {iustus *expunct.*} auxilio quae fiere praecipis ante perficias ut efficacissimo fidelibus prosis [f. 2r] exemplo magna est si quidem iubentis auctoritas eadem primitus iusa conplentis quatenus inconuulsa aecclesiastici ordinis disciplina inuiolabilis permanens ad capessendum perennae praemium christianis omnibus praestet accessum per quem et sancti praesules paternis munientur regulis et oboedientes populi spiritalibus inbuentur exemplis in principio itaque canones qui dicuntur apostolorum de greco transtulimus quibus quia plurimi consensum non praebuere facelem hoc ipsum uestram nolumus ignorare sanctitatem quamuis postea quaedam constituta pontificum ex ipsis canonibus adsumpta esse uideantur deinde regulas nicene sinodi et deinceps omnium conciliorum siue quae ante ea siue quae postmodum facta sunt usque ad sinodum CL pontificum qui apud constantinopolim conuenerunt sub ordine numerorum id est a primo capitulo usque ad centissimum sexagensimum quintum sicut habetur [f. 2v] in greca auctoritate degessimus Tum sancti calcedonensis concilii decreta subdentes in his grecorum canonum finem esse declaramus ne quid praeter ea notitiae uestrae credamur uelle subtrahere statuta quoque sardicensis {sardinensis *corr.*} concilii adque affricani quae latinae sunt aedita suis a nobis numeris cernuntur esse distincta uniuersarum uero difintionum {difinitionum *corr.*} titulos post hanc praefationem strinctius ordinantes quae in singulis sprasim {sparsim *corr.*} sunt promulgata concilis sub uno aspectu locauimus ut ad inquisitionem cuiusque rei conpendium aliquod adtulisse uideamur

**incipiunt capitula canonum**

**I** DE ordinatione episcopi

**II** De ordinatione praespyterii diaconis et ceterum

**III** Nihil aliud in sacrificio praeter quod dominus statuit offerendum

**IIII** Quae species ad altare non sacrificia sed ad benedic[f. 3r]tionem simplicem debent exhiberi

**U** Quod ea quae in ecclesis offerri non possunt ad domum sacerdotum fidelibus deferantur

**UI** Ut episcopus aut praesbyter uxorem suam quam debet caste regere non relinquat

**UII** Ut sacerdotes aut ministri altaris saecularibus curis absteneant

**UIII** Quo tempore pascha celebretur

**UIIII** Quod ministri altaris oblatione celebrata debent commonicare

**X** Quod fidelis laici ingredientes ecclesiam communicare debent

**XI** Quod cum excommunicatis clericis non sit orandum

**XII** Quod cum damnatis clericis non sit orandum

**XIII** Ut nullus fidelium praeter commendicias suscipiatur epistulas

**XIIII** Ut ab aepiscopis aliena parroecia minime peruadatur

**XU** Ut episcopus qui clericos alterios suscipi communione pribetur

**XUI** Quod bigami non admittantur ad clerum

**XUII** Quod is qui uiduam uel iectam aut mericem acciperit non admittatur ad clerum

**XUIII** Qui duas sorores habuerit non admittatur ad clerum [f. 3v]

**XUIIII** Clericum fideiussorem esse non posse

**XX** Quod hii qui non sponte enuchizati sunt suscipiantur ad clerum

**XXI** Ut is qui se enuchizauit abicitur a clero

**XXII** Ut clericus qui se eunuchizauit abicitur a clero

**XXIII** Ut laicus qui se eunuchizauit tribus annis communione pribetur

**XXIIII** Quod omnes ecclesiae ministri si pro criminibus damnati fuerint minime communione pribentur

**XXU** Quod clerici debent cumiugibus copulari

**XXUI** Quod episcobus {*sic*} praebiter {*sic*} et diaconus peccantes fideles uerberare non debeant

**XXUII** Quod officium pristinum damnati pro criminibus usurpare non debeant

**XXUIII** Quod non debeant ecclesiastica officia pecuniis obtenerii

**XXUIIII** Ut ęcclesia saeculari potentia minim {*sic*} peruadatur

**XXX** De praesbitero qui contempto episcopo seorsum conuentus congregare praesumit

**XXXI** Quod clerici damnati ab aliis recipi non debeant

**XXXII** Ut nullus episcopus aut praesbiter aut diaconus sine commendaticis suscipiatur epistolis [f. 4r]

**XXXIII** De primatu episcoporum

**XXXIIII** Quod non liceat episcopum in aliena prouincia cleris ordinare

**XXXU** De ordinatis episcopis

**XXXUI** Ut bis in anno concilia celebrentur

**XXXUII** Ut tantum cura rerum episcoporum[1] ecclesiasticarum episcopus habeat

**XXXUIII** De dignitate pontificis et quod rerum suarum tantum habeat potestatem

[1] episcoporum] epis *with macron over* i

**XXXUIIII** Quod episcopus ecclesiasticarum rerum

**XL** Pro dispensatione pauperum habeat potestatem

**XLI** Quod episcopus praesbiter et diaconus alatur et ebriossus esse non debeant

**XLII** Similiter clerici et laici si permanserint in alea communione pribentur

**XLIII** Quod episcopus praesbiter et diaconus non debeant usuras accipere

**XLIIII** Quod non debeant episcopus praesbyteris aut diaconus cum hereticis orare

**XLU** Quod non debeant hereticorum baptismata conprobari quod ecclesiae baptismo baptizatus baptizari non debeat et non ita baptizatu debeat baptizari [f. 4v]

**XLUI** Laicum pellentem suam coniugem communione priuandum

**XLUII** Quod in nomine trinitatis debeat baptizari

**XLUIII** Quod non debeat uno mersio baptismo quasi in mortem domini prouenire

**incipiunt capitula canonum apostolorum reguli aecclesiastice sanctorum opostolorum** {*sic*} **per clementem prolatae**

**I** EPiscopus a[d]duobus {a duobus *corr.*} aut tribus episcopis ordinetur

**II** Praesbyter ab uno episcopo ordinetur et diaconus et reliqui clerici

**III** Si quis episcopus aut praesbiter praeter ordinationem domini alia quaedam in sacrificio offerat super altare id est aut mel aut lac aut pro uino sicera aut confecta quaedam aut uolatilia aut animalia aliqua aut legumina contra constitutionem domini faciens congruo tempore deponatur

**IIII** Offerri non liceat aliquid ad altare praeter nouas spicas et uuas et oleum ad luminaria et thimiama id est. [f. 5r] incensum tempore quo sancta celebratur oblatio

**U** Reliqua poma omnia ad domum primitiae episcopo et praesbyteris dirigantur nec offerantur in altario certum est autem quod episcopu[s] {episcopi *corr.*} et praesbyteri diuidant diacon[u]s {diaconis *corr.*} et reliquis clericis

**UI** Episcopus aut praesbyter uxorem propriam nequaquam sub obtentu religionis abiciat si uero eicerit excommonicetur sed si perseuerauerit deponatur

**UII** Episcopus aut praesbiter aut diaconus nequaquam saeculares curas adsumat sin aliter deponatur

**UIII** Si quis episcopus aut praesbyter aut diaconus sanctum paschae diem ante uernale aequinoctium cum iudeis celebrauerit deponatur

**UIIII** Si quis episcopus aut praesbyter aut diaconus aut quilibet ex sacerdotali catalogo facta oblatione non commonicauerit aut causam dicat et si rationabilis fuerit ueniam consequatur aut si non dixerit communione priuetur tamquam qui populo [f. 5v] causa lessionis exstiterit suspicionem faciens de eo qui sacrificauit quod recte non obtulerit

**X** Omnes fideles qui ingrediuntur aecclesiam et scripturas audiunt non autem perseuerauerint in oratione nec sanctum {sanctam *corr.*} communionem percipiunt uelut inquietudines aecclesiae commoueantes conuenit communione priuari

**XI** Si quis cum excommonicato saltem in domo simul [. . .][2] habitauerit {orauerit *corr.*} iste communione priuetur

**XII** Si quis cum damnato clerico ueluti cum clerico simul orauerit ut iste damnetur

**XIII** Si quis clericus aut laicus a communione suspensus seu communicans ad aliam properet ciuitatem et suscipiatur praeter commendacias {commendaticias *corr.*} litteras et qui susciperint et qui susceptus est communione priuentur excommonicatio {excommonicato *corr.*} uero proteletur ipsa correctio tamquam qui mentitus fuerit et seduxerit ecclesiam dei

**XIIII** EPiscopo non licere alienam parrochia {parrochiam *corr.*} propria relicta peruadere licet cogatur a plurimis nisi forte quis eum rationabilis causa conpellat tamquam qui possit ibidem constitutus plus lucri conferre et in [f. 6r] causa relegionis aliquid profecto proficere et hoc non a semetipso praesumat sed multorum episcoporum iudicio et maximae suplicatione perficiat

**XU** Si quis praesbyter aut diaconus aut quilibet de numero clericorum relinquit propriam parrochiam pergat ad alienam et omnino demigrans p[e]raeter {praeter *corr.*} episcopi sui conscientiam in alienam parrochiam commoretur hunc ulterius ministrare non patimur praecipuae si uocatus ab episcopo redire contemserit in sua inquietudine perseuerans uerumtamen tamquam laicus ibi communicet

---

[2] *lacuna (ras. ?)*

**XUI** EPiscopus uero apud quem moratus esse constiterit si contra eos decreta cessationem pro nihilo reputans tamquam clericus forte susciperit uelut magister inquietudinis commonione priuetur

**XUII** Si quis post baptismum secundis fuerit nuptiis copulatus aut concupinam {concubinam *corr.*} habuerit non po[s]test {potest *corr.*} esse episcopus non praesbiter aut diaconus aut prorsus ex numero eorum qui in ministerio sacro deseruiunt [f. 6v]

**XUIII** Si quis uiduam et eiectam acciperit aut meritricem aut ancellam uel aliquam de his quae puplicis spectaculis mancipantur non potest esse episcopus aut praesbiter aut diaconus nec ex eorum numero qui ministerio sacro deseruiunt

**XUIIII** Qui duas in coniugium sorores acciperit uel filiam fratris clericus esse non poterit

**XX** Clericus fideiusionibus inseruiens deponatur

**XXI** Eunuchus si per insidias hominum factus est uel in persecutione si eius sunt amputata uirilia uel si ita natus est et dignus {dignus est et *transp.*} episcopus efficiatur

**XXII** Si quis abscedit {abscidit *corr.*} semetipsum id est si quis amputauit sibi uirilia non fiat clericus quia suus homicida est et dei conditionis inimicus

**XXIII** Si quis cum clericus fuerit abscidit semetipsum omnino damnetur quia suus homicida

**XXIIII** LAicus semetipsum abscidens annis tribus communione pribetur quia suae uitæ insidiatur existens exstitit

**XXU** Episcopus aut praesbiter aut diaconus qui in fornicatione aut periurgio {periurio *corr.*} aut furto captus est deponatur non tamen [f. 7r] communione dicit enim scriptura non uindicauit deus bis in idipsum {Na 1, 9}

**XXUI** Similiter et reliqui clerici huic condicioni subiaciant

**XXUII** INnupti autem qui sunt ad clerum profecti praecipimus ut si uoluerint uxores accipiant sed lectores cantoresque tantummodo

**XXUIII** Episcopum aut praesbiterum aut diaconem percutientem fideles dilinquentes aut infideles inique agentes et per huiusmodi uolentes timeri deieci ab officio suo praecimus {praecipimus *corr.*} quia nusquam nos hoc dominus docuit econtrario uero ipse dum percuteretur non repercutibat {repercutiebat *corr.*} cum malediceretur non remaledicebat cum pateretur non comminabatur {1 Pt 2, 23}

**XXUIIII** Si quis episcopus aut praesbiter aut diaconus depositus iuste super certis criminibus ausus fuerit adtrectare ministerium dudum sibi commissum hic ab aecclesia omnimodo abscidatur

**XXX** Si quis episcopus aut praesbiter aut diaconus per pecunias hanc obtenuerit dignitatem deieciatur et ipse et [f. 7v] ordinator eius et a communione modis omnibus abscidatur sicut simon magus a me petro

**XXXI** Si quis episcopus saeculi potestatibus usus ecclesiam per ipsos obtineat deponatur et segregentur omnesque qui illi communicant

**XXXII** Si quis praesbiter contemnens episcopum proprium extra collegerit et altere {altare *corr.*} aliud erexerit nihil habens in quo repraehendat episcopum in causa[m] {causa *corr.*} pietatis et iustitiae deponatur quasi principatus amator existens est enim tyrannus et ceteri[a] {ceteri cleri *corr.*} quicumque tali consentiunt laici uero segregentur haec autem fieri post unam et secundam et tertiam obsecrationem episcopi conuenit

**XXXIII** Si quis praesbyter aut diaconus ab episcopo suo segregetur hunc non licere ab alio recipi sed ab ipso qui eum segregauerat nisi forsitan obierit episcopus ipse qui eum segregasse cognoscitur

**XXXIIII** Nullus episcoporum peregrinorum aut praesbyterorum aut diaconorum sine commendaticis suscipiatur epistolis et cum scripta detulerint discutiantur attentius [f. 8r] et ita suscipiantur et si praecones pietatis exstiterint admittantur {et si *add. sup. lin.*} minus ne[3] quę sunt necessaria subministentur {subministrentur *corr.*} eis ad communionem nullatenus admittantur quia per subreptionem multa proueniunt

---

[3] ne quę] *corr. from* neque*?*

**XXXU** Episcopos gentium singularum scire conuenit qui inter eos primus habeatur quem uelut capud existiment et nihil amplius praeter eius conscientiam gerant quam illa sola singuli quae parrociae propriae et uillis quae sub ea sunt conpetunt sed nec ille praeter omnium conscientiam faciat aliquid sic enim unianimitas erit et glorificabitur deus per christum in spiritu sancto

**XXXUI** Episcopum non audere extra terminos proprios ordinationes facere in ciuitatibus et uillis quae illi nullo iure subiectae sunt si uero conuictus fuerit hoc fecisse praeter eorum conscientiam qui ciuitates ipsas et uillas detenent et ipse et qui ab illo ordinati sunt. deponantur

**XXXUII** Si quis episcopus non susciperit officium et curam populi sibi commissam hic communione priuetur quoadusque [f. 8v] oboedientiam commodans adquiescat similiter autem et praesbiter et diaconus si uero perrexerit nec receptus fuerit non pro causa {sua *corr.*} sententiae sed pro malitia populi ipse quidem maneat episcopus clerici uero ciuitatis commonione priuentur quod eruditores sic inoboedientes populi non fuerunt

**XXXUIII** Bis in anno episcoporum concilia celebrentur ut inter se inuicem dogmata pietatis explorent et emergentes ecclesiasticas contentiones absoluant semel quidem quarta septimana penticosten secundo uero duodecim odie mensis hi perethei {hiperberethei *corr.*} id est IIII id {*sic*} octobres iuxta romanos

**XXXUIIII** Omnium negotiorum ecclesiaticorum {ecclesiasticorum *corr.*} curam episcopus habeat et ea uelut deo contemplante dispenset nec ei liceat ex his aliquid omnino praesumere aut parentibus propris quae dei sunt condonare quod si pauperes sunt tamquam pauperibus subministret nec eorum occassione ecclesiae negotia depraedentur

**XL** Praesbyteri et diaconi praeter episcopum nihil agere [f. 9r] pertemptent nam domini populus ipsi commissus est et pro animabus eorum hic redditurus est rationem sint autem manifeste res propriae episcopi si tamen habet proprias et manifestae dominicae ut potestatem habeat de propriis moriens episcopus sicut uoluerit et quibus uoluerit derelinquere nec sub occassione ecclesiasticarum rerum quae episcopi esse probantur interdicant fortassis enim aut uxorem habet aut filios aut propinquos aut seruos et iustum est hoc apud deum et homines ut nec aecclesia detrimentum patiatur ignoratione rerum pontificis nec episcopus uel propinqui eius sub obtentu aecclesiae proscribantur et in causas incedant qui ad eum pertinent morsque eius iniuris infametur

**XLI** Praecipimus ut in potestate sua res aecclesiae episcopus habeat si enim animae hominum praetiosae illi sunt creditę multo magis oportet eum curam de pucuniis {pecuniis *corr.*} agere ita ut potestate eius indigentibus omnia dispensentur per praesbiteros et diaconos ut cum timore omnique reuerentia ministrentur [f. 9v]

**XLII** Ex his autem quae indiget si tamen indiget ad suas necessitas {necessitates *corr.*} et ad peregrinorum fratrum usu ipse percipiat ut nihis {nihil his *corr.*} omnino possit deesse lex enim dei praecipit ut qui altario deseruiunt de altario pascantur {1 Cor 9, 13} quia miles stipendiis propriis arma contra hostes adsumit

**XLIII** Episcopus aut praesbiter aut diaconus aleae atque ebritate {ebrietate *corr.*} deseruiens aut desinat aut certe damnetur

**XLIIII** Subdiaconus aut lector aut cantatur {cantator *corr.*} similia faciens aut desinat aut communione priuetur similiter etiam laicus

**XLU** Episcopus aut praesbiter aut diaconus usuras ad {a *corr.*} debitoribus exigens autem {autem *cancel.*} aut emendet aut certe damnetur

**XLUI** Episcopus praesbyter aut diaconus qui cum hereticis orauerit tantummodo communione priuetur si uero tamquam clericos horta[t]ri {hortari *corr.*} eos fuerint agere uel orare damnetur

**XLUII** Episcopum uel praesbyterum hereticorum suscipientem baptismum damnari praecipimus quae enim conuentio christi ad belia aut quae pars fideli cum infideli {2 Cor 6, 15}

**XLUIII** Episcopus aut praesbiter si eum qui secundum ueritatem [f. 10r] habuerit baptismum de uno baptizauerit aut si pullutum ab impiis non baptizauerit deponatur tamquam deridens crucem et mortem domini nec sacerdotes a falsis sacerdotibus omnino discernens

**XLUIIII** Si quis laicus uxorem propriam pellens alteram uel ab alio dimissam duxerit commonione priuetur

**L** Si quis episcopus aut praesbyter iuxta praeceptum domini non baptizauerit in nomine patris et filii et spiritus sancti sed in tribus sine initio principiis aut in tribus filiis aut in tribus paracletis deponatur

**LI** Si quis episcopus aut praesbiter non trinam mersionem unius misterii celebret sed semel mergat in baptismo quod dari uidetur in morte domini deponatur non enim dixit nobis dominus in morte me {mea *corr.*} baptizate sed euntes docete omnes gentes baptizantes eos in nomine patris et filii et spiritus sancti {Mt 28, 19}

**incipiunt capitula statutorum niceni concilii**

**I** DE his qui se abscidunt uel qui seipsos enuchos faciunt

**II** De his qui post baptisma statim ad clerum adplicantur

**III** De subintroductis mulieribus quas greci funecitas uocant [f. 10v]

**IIII** De ordinatione episcoporum

**U** De hiis qui excommonicantur siue clerici siue laici ab episcopis per suas quasque parrocias

**UI** De praecipuis honoribus quae maiores aecclesias gubernantibus episcopi constituti sunt

**UII** De honorando episcopo hierusolimitano

**UIII** De hiis qui seipsos catharos id est mundos uocant qui nouatiani dicuntur

**UIIII** De ordinatione praesbiterorum

**X** De hiis qui lapsi ordinati sunt

**XI** De his qui a fide domini praeuaricati sunt sine ulla necessitate sine ablatione patrimonii uel aliquod periculum non pertulerunt sicut factum est in noua persecutione licini

**XII** De his qui abrenuntiauerunt et iterum ad saeculum sunt reuersi

**XIII** De poenitentibus exeuntibus de corpore

**XIIII** De diaconibus ne praesbiteris corpus christi tradant uel ante praesbiteros communicent

**XU** De catecuminis lapsis

**XUI** De clericis ne de ciuitate ad ciuitatem transeant

**XUII** Ut nullus clericum alienum suscipiat uel ordinet in æcclesia sua

**XUIII** Ut clericus usuras aut sexcu[m]pla {sexcupla *corr.*} non accipiat

**XUIIII** De paulianistis quos homines homoncionitas uocant

**XX** De diaconis [f. 11r]

**XX** {*sic*} Ut dominica die adoratione stetur

**incipit praefatio eiusdem concilii**

COncilium sacrum uenerandi culmina iuris condidit et nobis congrua frena dedit
Ut bene fundatus iusto moderamine possit intemerata gerens cleros ordo regi
Ponifices summi ueterum praecepta sequentes planius haec monitis expossuere suis
Hinc fidei nostrae se pandit introitus et omnes errorum damnant dogmata sancta uias quisque dei famulus fuerit christique sacerdos hoc sale conditus dulcia mella fluet

**incipiunt sancti canoni niceni**

Cum uenisset autem sanctum et magnum concilium apud niceam statuta sunt ab eis haec quae infra scripta sunt et romae directa sunt quae niceae gesta sunt et placuit ut omnia quae statuta sunt ad episcopum urbis romae siluestrum mitterentur facta est haec sinodus in nicea bithinę {bithinię *corr.*} consulatu constantini agusti et licini uirorum[4] clarissimorum consulibus {*sic*}

**I** Si quidem ex egritudine uel a medicis secatus est uel a barbaris castratus est placuit ut ist {iste *corr.*} permaneat [f. 11v] in clero si quis autem sanus seipsum abscidit etiam si est in clero cessare debet et ex hoc iam nullam talem orportet {oportet *corr.*} ordinare sicut ergo de hiis qui uel affectauerunt uel ausi sunt seipsos abscidere haec quae diximus statuta sunt ita ut si qui uel a barbaris uel a dominis suis facti sunt eunuchi et probabilis uitae sunt tales hos ergo suscipit ecclesiastica regula ad clerum

---

[4] uirorum clarissimorum] .uc. *with abbreviation stroke*

**II** Quoniam multa siue per necessitatem siue quacumque causa urgente contra regulam aecclesiasticam gesta sunt ita ut homines ex uita gentili nuper adhuc accidentes ad fidem et paruo tempore catacizati uel instituti statim ad spiritale baptismum uenirent et continuo cum baptizati sunt etiam ad aepiscopatum uel ad praebiterium {*sic*} profecti sunt recte igitur uisum est de cetero nihil tale fieri nam et tempore opus est ut sit catecuminus et post baptismum multam probationem indiget uidens {euidens *corr.*} namque est apostolicum praeceptum dicens non neophitum ne forte elatus in iudicium incidat et laqueum diabuli si uero procedente tempore mortale aliquod peccatum inuentum fuerit in ea persona et conuictus duobus uel tribus testibus cessauit a clero qui eiusmodi est si quis [f. 12r] uero praeter haec facit tamquam contraria statutis sancti huius concilii gerens etiam ipse periclitabitur de statu sui clerii

**III** Omnimodis interdicit sancta sinodus neque episcopo neque praesbitero neque diacono[s] {diacono *corr.*} neque ulli clericorum omnino habere permitti secum mulierem extraneam nisi forte mate {mater *corr.*} aut soror aut thia id est uel amita uel amaterta {matertera *corr.*}[5] sit in his namque solis personis et horum similibus omnibus quae ex mulieribus est suscipio {suspicio *corr.*} declinatur qui autem praeter haec agit periclitabitur de clero suo

**IIII** EPiscopum oportet ab omnibus si fieri potest qui sunt in prouincia episcopis ordinari si uero hoc deficile fuerit uel urgente necessitate uel iteneres {iteneris *corr.*} longitudine certe omni modo tres episcopi debent in unum esse congregati ita ut etiam ceterorum qui absentes sunt consensum litteris teneant et ita faciant ordinationem potestas sane uel confirmatio pertinebit per singulas prouincias ad metropolitanum

[5] The correction was made in two stages; second *r* has been scratched in above the line.

**U**[6] Seruetur ista sententia ut hii qui ab aliis excommonicantur ab alis ad commonionem non recipiantur requiratur sane ne forte quis ex aliqua indignatione anmi {animi *corr.*} aut contentione [f. 12v] aut qualibet tali commotione stomachi episcopi sui abs[t]enti {absenti *corr.*} sunt ut ergo digna haec possint examinatione perquiri recte uisum est per singulos annos in singulis quibusque prouinciis bis in anno episcoporum concilia fieri ut simul in unum conuenientes ex omni prouincia huiusmodi examinent quaestiones ut ita demum hii qui ob culpas suas episcoporum suorum offensam merito contraxerunt digne ettam {etiam *corr.*} a caeteris excommonicati similiter habeantur quousque in commune uel omnibus uel ipse episcopo suo uisum fuerit humaniorem circa eos ferre sententiam habeatur autem concilium semel ante dies quadragessimae ut omnibus si quae sunt simultatibus amputatis mundum solemnem deo munus possit offerri secundo uero agatur circa tempus autumini {*sic*}

**UI** Mos antiquus perduret in aegipto uel libia et pentapoli ut alexandrinus episcopus horum omnium habeat potestatem quoniam quidem et romano episcopo hoc idem moris est similiter autem et aput anteochiam ceterasque prouincias honor suus unicuique seruetur aecclesiæ per omnia autem manifestum sit hoc ut si quis praeter uoluntatem et conscientiam metropolitani episcopi fuerit ordinatus hoc concilium [f. 13r] magnum et sanctum censuit non debere esse episcopum sane si communi omnium consensu rationabiliter probato saecundum ecclesiasticam {regulam *add. in mg.*} duo uel tres animositate ducti per contentionem contradicant obtineat plurimorum sententia sacerdotum

**UII** Quoniam mos antiquus obtenuit et uetus traditio ut eliae id est hierusolimorum episcopo deferatur habeat consequenter honorem suum sed et metropolitano sua dignitas salua sit

**UIII** Si qui uoluerint uenire ad ecclesiam catholicam placuit sancto concilio ut ordinetur {ordinentur *corr.*} et sic maneant in[7] clero ante omnia autem hanc ab eis confessionem per

---

[6] de non {cito *add. sup. lin.*} uiris {*MS* u.} excommonicandis *gl. in mg.*
[7] in clero] *corr. from* inde *?*

scripturam exigi oportet ut fateantur se communi consensu catholicae et apostolicae ecclesiae statuta obseruaturos id est communicaturos se de hiis qui forte secundas nuptias experti sunt uel hiis qui persecutionis tempore lapsi sunt quibus tamen poenitentiae modus et tempus adscriptum est ut in omnibus sequantur ea quae in aecclesia cathlica {catholica *corr.*} obseruantur et sic ubi quidem omnes ips {ipsi *corr.*} fuerint inuenti siue in uicis siue in urbibus clerici ordinentur a catholicis hii qui inueniuntur et sic etiam in clero persistant unusquisque in statu[ta] {statu *corr.*} suo si uero episcopus [f. 13v] uel praesbiter catholicae aecclesiae fuerit ad quem ali[*] qui {aliqui *corr.*} ex hiis accedunt certum est quod episcopus quidem catholicus suam habeat dignitatem

Similiter autem et praesbyter et diaconus debent hii uero qui ab istis ueniunt si forte episcopus fuerit habeat praesbyterii dignitatem nisi forte placeat episcopo catholico concedere ei etiam episcopalis nominis honorem si uero non placuerit inueniat ei locum ut sit in parrocia in clero episcopus aut præsbyter dum tamen ut in ciuitate non uideantur duo episcopo {episcopi *corr.*} esse et illi omnimodo in clero permanere uideantur

**UIIII** Si qui[i] {qui *corr.*} sine examinatione profecti {prouecti *corr.*} praesbyterii {praesbyteri *corr.*} aut episcopi postea examinati confessi sunt peccata sua et cum confessi fuissent contra regulam uenientes homines manus eis temere inposuerunt hos aecclesiasticus ordo non recipit in omnibus enim quod inrepraehensibile est catholica defendit aecclesia[8]

**X** Quicumque ex hiis qui lapsi sunt et per ignorantiam ordinati sunt uel contemtu aut desimulatione ordinantium eorum qui eos ordinauerunt hoc enim non praeiudicat regulae æcclesiasticae cum enim conpertum fuerit deponentur

**X** {*sic*} Placuit sancto concilio licet indigni sint misericordia tamen aliquid [f. 14r] circa eos humanitatis ostendi si qui ergo ex animo poenitens {poenitent *corr.*} tribus annis inter audientes

[8] aecclesia] *corr. from* aecclesiæ *?*

habeantur si tamen fideles sunt et septem annis aliis inter penitentes sint duobus item annis extra commonionem in oratione sola participent populi {populo *corr.*}

**XII** Si qui uero per dei gratiam uocati primo quidem ostenderunt fidem suam deposito militiae cingulo post haec autem ad proprium uomitum reuersi sunt ita ut pecunias darent et ambirent redire rursum ad militiam isti decim annis sint inter poetentes {poenetentes *corr.*}[9] post primum inter trienium quo fuerint inter audiente[*] {audientes *corr.*} in omnibus uero illut praecipue obseruetur ut animum ac propositum eorum uel fructus penitentiae obseruetur quicumque enim cum omni timore et lacrimis perseuerantibus et operibus bonis conuersationem suam non uerbis solis sed opere et ueritate demonstrant cum tempus statutum etiam ab hiis fuerit inpletum et orationibus iam ceperint communicare licebit episcopo etiam humanius circa eos aliquid cogitare si qui uero indifferenter habuerint lapsum suum et sufficere sibi quod aecclesiam introierint arbitrentur isti omnimodo tempora statuta conplebunt [f. 14v]

**XIII** De hiis uero qui recedunt ex corpore antique legis regula obseruabitur etiam nunc ita ut si forte recidit ex corpore necessario uitae suae uiatico non fraudetur quod si disperatus aliquid recepta communione superuixerit sit inter eos qui sola oratione communicant de omnibus tamen hiis qui ex corpore recedunt in tradenda eis communione cura et probatio sit episcopi

**XIIII** Peruenit ad sanctum concilium quod in locis quibusdam et ciuitatibus praesbiteris sacramenta diaconi porrigant quod neque canon neque consuetudo tradidit ut hii qui offerendi sacrificii non habent potestatem hiis qui offerunt corpus christi porrigant sed et illut innotuit quod quidam diacones etiam ante episcopis sacramenta contingant haec ergo omnia amputentur et maneant diaconi intra suam propriam mensuram scientes quia episcoporum quidem ministri sunt praesbiteris autem inferiores sunt accipiant ergo saecundum ordinem suum post praesbiteros ab episcopo uel a praesbitero quod si non fuerit in praesenti uel episcopos {episcopus *corr.*} uel

[9] Scratched correction.

praesbiter tunc ipse proferat et det sed nec sedere quidem in medio praesbyterorum [f. 15r] liceat diacones extra regulam enim et extra ordinem est ut hoc fiat si quis autem non uult his sufficiens esse post hanc definitionem cesset esse diaconus

**XU** Placuit hoc sancto et magno concilio ut tribus annis inter audientes sunt {sint *corr.*} scripturas et uerbum tantummodo audiant post haec uero orent cum cathecuminis

**XUI** Propter multas perturbationes et frequentes tumultus seditionum quae fieri solent placuit omnimodo abscidi istam consuetudinem quae contra regulam est sic ubi tamen[en] {tamen *corr.*} fit id est ne de ciuitate ad ciuitatem transeant uel episcopus uel praesbyter uel diaconus si quis uero post haec statuta sancti huius concilii tale aliquid audere temptauerit infringetur omni genere huiusquemodi conatus et restituetur propriae ecclesiae in qua ordinatus est aut episcopus aut praesbyter aut diaconus

**XUII** Si qui uero sine respectu dei agentes et timorem dei ate {ante *corr.*} oculos non habentes neque aecclesiastica statuta custodientes recesserint ab aecclesia sua siue praesbiter siue diaconus seu in quocumque aecclesiastico ordine positi fuerint hii non debent suscipi in aecclesia alia sed et cum omni necessitate cogantur ut redeant ad aecclesias suas aut si permanserint excommonicare oportet si quis autem [f. 15v] ausus fuerit aliquem qui ad alteram pertinet ordinari in sua aecclesia cum non habet consensum episcopi ipsius a quo recesserit clericus qui in canone continetur irrita sit huiuscemodi ordinatio

**XUIII** Quoniam multi clerici auaritiae causatur pia {causa turpia *corr.*} lucra sectantes obliti sunt diuini praecepti quod dictum est qui pecuniam suam non dedit ad usuram {Ps 14, 5} fenerantes centissimas exigunt statuit hoc sanctum concilium ut si quis inuentus fuerit post hanc diuinitionem ussuras accipere uel ex quolibet tali negotio turpia lucra sectari uel etiam species

frumentorum ad sexquiplum dare omnis qui tale aliquid commentus fuerit ad quaestum deiecietur ex clero et alienus ab aecclesiasticu {*sic*} habebitur gradu

**XUIIII** Si quis confugerit ad aecclesiam catholicam statutum sit rebaptizari eos omnimodo debere si qui uero clerici erant apud eos si quidem inculpati fuerint et inrepraehensibiles rebaptizati rursus etiam ordinentur ab episcopo ecclesiae catholico si uero examinati minus apti fuerint depraehensi deponi eos oportet similiter autem et circa diacones et de omnibus qui in eodem clero inueniuntur eadem forma seruabitur commemorabimus autem et de diaconissis quae in hoc ordine inuentae sunt quae nec manus inpositionem [f. 16r] aliquam habeant ita ut omni generi {genere *corr.*} inter laicos habeantur

**XX** Similiter autem diaconisse quae in catholico canone habentur simili modo id est laicae et tamquam non secratae deputentur Igitur episcopi cum de hiis omnibus prout diuinarum legum reuerentia poposcerat decreuissent sed et de obserbatione pascha antiquum kanonem per quem nulla de reliquo uarietas oriretur aecclesis tradidissent omnibus rite dispositis aecclesiarum pax et fides in orientis atque occidentis partibus una eademque seruata est haec de aecclesiastica historia necessario credimus inserenda

**XXI** Quoniam sunt in die dominica ad orationem genua flectantes et in diebus quinquagensimae propterea est i[s]taque {itaque *corr.*} constitutum a sancto synodo quoniam consona et conueniens per omnes ecclesias custodienda consuetudo est ut stantes ad orationem domino uota reddamus

**incipiunt nomina episcoporum de canonibus nicenis cum prouinciis et ciuitatibus suis**

Osius episcopus ciuitatis cortubensis prouinciae hispaniae dixit ita credo sicut superius scriptum est
Uictor et uincentius praesbyterii {*sic*} urbis romae [f. 16v]

Alexander alexandriae magnae
Alphocration alphocratianensis
Adamantius panepyrrensis
arbitio heraclianensis
pilippus pholomaichaea
potamion pelusianus {*six entries in the left margin have been erased*}
secundus de cummaeos
dorotheus memphensis
gaius tautitanus
antiochus lyciensis
tiberius schediensis
plusianus scediensis
agathos antinochensis
atthas thebatdis {*sic*} de lyco
tirannus bercensis
uolusianus bartensis
dathes libiue superioris antiperensis
zafinos taucitanensis
sarabion de parathonio
sæcundus libiæ inferioris hierosolimitanus
titus palestinae neapolitanus
macharius sebastenus
germanus sebastensis {*end of column; about six marginal entries below have been erased*}
enuarius eleuteropolitanus
eliodorus hiericunctius
aethius diabolonites
siluanus lypdensis
patrofilius azoti
asclepius squitopolitanus
petrus gazensis
antiochus ailensis
zenon phoenices capitoliensis
aneas thirius
magnus ptholomeus
theodorus e tamasco
hellanicus sidonius
marinus tripolitanus
thadonius palmirensis
filocalus talasiae
gregorius a paniadae
anatolius syriæ coles berastensis
eustatius emisenus
zenobius antiocenus
theodorus seleuciae {*end of column; about twelve marginal entries below have been erased*} [f. 17r]
marinus cessariensis

gaianus gadarensis
eusebius longinus
sabinus petrus
cinensis macrinus
de parbeto maximus {*a line has been skipped after this entry*}
archelaus samosatenus
epantion doloenus
palladius balanensis
zoillus corepiscopus
bassus gabalitanus
gerontius zeumathenus
manicitis carisienus
eustatius ephiphaniae
paulus artitusae
syricius neocessarienis
seleucius a cyro
petuus {petrus *corr.*} corepiscopus
pegasius geddanensis
bassones arbocadamae
niconias arabie gabalensis
cyrion bostaritanus
alyppius laodicensis
asienus appamenus
philozenus nephaneotanus
ascalonitanus hierapolitanus
nicapolitanus salanienes
iamniensis peperius {*a line has been skipped after this entry*}
theodorus stratophilus
ambion tarsenus
narcisus ephifaniensis
moyses nerodanus
niceta cartabalitanus
euremon flabiadensis
paulinus corepiscopus
machedonius adanensis
tarchodamentus mapsuestensis
esicius egeitanus
narcisus alexandriæ minoris
leontius capodociæ hieropolitanus
eupsicius cessariensis
heretricius thianeus
thimotheus choboniensis
elpidius eubistensis [f. 17v]
gennadius philadelfiae
seuerus ybutensis
sopater sodomitanus

seuerus berthanensis
ætilaus mesopotamiae adsonisiadensis
iacobus edesenus
antiochus nisibiensis
mareas a persida reinitanus
nopolitanus macedoniae
iohannes cyliciae a persida
germanensis persi {*a line has been skipped after this entry*}
trapeziintensis placcus
phitionita procopius
philadelphus phisticius
palplagoniae athenodorus
petronius pompeiolitanus
eupsicius galatiae ienopolitanus
marcellus amastrianensis
dicassius anquirensis
erectus tabiensis
gorgonius gadauitanus
philadelfus cynonensis
gorgonius commanensis
andronius corepiscopus
theophanius corepiscopus
eulalius arminiæ minoris corepiscopus
euetius arminiae minoris sabastenus
aristarces et aristes satalitensis
euthicius diosponti armeni
elpidius amasiae
eraclius ponti polimoneaci commanensis
longinianus zelonensis {zolonensis *corr.*}
domnus neocessariensis {*a line has been skipped after this entry*}
laodociae afrodisius
sanabensis eufrosius insylane
sinnadensis melifron
azanensis stratigius
doleitanus apollodortis
paulus eusebius cariæ
eugenius appamenus
flaccus eucarpiensis.
eulalius hieropolitanus
thelamacus scomensis
esicius antriopolitanus [f. 18r]
theonas assae iuliopolitanus
manefantus cizicenus
orion ephesianus
eucitius eleniensis
mithres zmirnensis

marinus popanensis
paulus lydiae liolypontianus
arthemidorus andensis
seras sardicensis
ethemasius tyrensis
pholion philadelphiensis
agogitis darensis
florentius tripolitanus
antiochus anciræ ferreae
marcus aureliopotanus
nunecius phirigiæ standitanus {*a line has been skipped after this entry*}
maximianopolitanus eusebius
magedensis quirillus cipræ
rodius gelasius
a coo eusebius bitiniae
a lemno theogenus
conquiritanus maris
euticius neapolitanus
aramius seleuciae
tharsicius lymenensis
patricius apamiensis
policarpus ambladenitanus
academius metropolitanus
eracleus a paro
theodorus bartensis
adon liciae usensis
eudemus bititiae
gallites pampiliæ pacaritanus
euresius pergensis
zeuxius thermiensis
domnus siarpitanus
quintianus aspendeuitanus
patricius seleuciae {*a line has been skipped after this entry*}
diocessis isauriæ domnus pannoniæ
a phafo nicassius galliarum
salamiensis theoilus gotiae
nicomediae cathirius bosphori
nicenus ab appolloniade
calcedoniae hadrianensis [f. 18v]
anthiocensis quirillus
amonius ericius
eugenius afrodisitanus
letodorus appolloniades
eusebius cipritanus
stefanus isauriæ a melito
athenius barathensis

etesius corpissitanus
agapius claudiopolitanus
siluanus seleuciae
faustus isauriæ metropolitanus
antonius phanemuticensis
nestor antiochiae
isicius seudritanus
cyrillus corepiscopus
theodorus cumanatensis
anatolius uialbitanus
paulus corepiscopus
quintus larandensis
tiberius corepiscopus
aquila alistrensis
corepiscopus {*lacks a corresponding proper noun*}
a cio corepiscopus
prusensis cessariensis
gorgonius corepiscopus
euetius eracliae
theophanes comeonsis
rufus sardiensis
eulalius eorope calabriensis
foederis eorope eubensis
marcus daiciae marceanopolitanus
protogenes ephesiensis
marcus calabriæ kartiginis
marcus moesiae thessalonicensis
pistos macedoniae
stratigius affrice aduenlensis
cæcilianus boee
alexander macedoniæ epistiensis
dachus daroaniæ minoris thessaliae
pistos afaiae stobiensis
marcus pannoniae
stragius thessaloniæ douensis
claudianus gotiae
baidius daroaniae phosforensis [f. 19r]

**I** DE praesbyteriis qui immolauerunt et postea certamen iniecerunt

**II** De diacones qui immolauerunt et postea relucrati sunt

**III** De hiis qui fugientes tempore persecutionis conpraehensi sunt de laicis qui similes necessitates incederunt

**IIII** De hiis qui sacrificare coacti sunt et qui ascenderunt templa in ueste lugubri et recumbentes inter alios manducauerunt flentes

**U** De hiis qui moenis tantum cesserunt

**UI** De hiis qui cum festis diebus paganorum conuiuis interfuerunt

**UII** De hiis qui saecundo et tertio sacrificauerunt

**UIII** De hiis qui non solum a fide dominica deuiauerunt sed et aliis persuaserunt

**UIIII** De diacones qui cum ordinantur in ipsa ordinatione protestati sunt dicentes uelle se habere uxores

**X** De disponsatas puellas et ab aliis raptas

**XI** De hiis qui ante baptismum sacrificauerunt

**XII** De uicarios episcoporum [f. 19v]

**XIII** De hiis qui in clero sunt praesbyteri uel dicones {*sic*}

**XIIII** Si qua de rebus aecclesiae cum episcopus non est praesbyterii uendiderunt

**XU** IN hoc titulo greca uerba sunt

**XUI** De hiis qui in pecodes aut in masculos aut ollim putrefacti sunt aut actenus hoc uitio corrumpuntur

**XUII** De episcopiscopis {*sic*} qui suscepti non sunt a sua diocissae in qua fuerunt denominati

**XUIII** De hiis qui uirginitatem poliiciti {polliciti *corr.*} praeuaricati sunt professione contempta

**XUIIII** Si quis adulterium commiserit

**XX** De mulieribus quae fornicantur et partus suos necant

**XXI** De hiis qui uoluntarie homicidium fecerunt

**XXII** De hiis qui non uoluntate sed cassu homicidium[10] perpetrauerunt

**XXIII** De hiis qui auguria auspicia uel diuinationes quaslibet secundum more gentium obseruant

**XXIIII** Si quis sponsam habens sorori eius forsitan intulerit uiolentiam

**expliciunt tituli**

**incipiunt canones anciritanes**

ISti canones priores quidem sunt nicenis kanonibus expositis sed tamen niceni primo accepti sunt propter auctoritatem sancti et magni concilii quod factum est in niceam [f. 20r]

Cum apud urbem anquiritanam uentum fuisset marcellus anquiritanus uitalis anthiocenus filadelfus iuliopolitanus heraclius zelonensis munecius laodicenus narcisus nerodiensis lupus tarsensis basilius ammasenus eutolus nicomediensis petrus ioconiensis agricolaus cessariensis epidaurus pergamenus ergianus antiochiae phissidiae statuta sunt ab hiis quae infra scripta sunt

**I** Praesbyteri qui immolauerunt et postea iterum certamen inierunt si hoc ipsum ex fide et non aliquo argumento sibimet praeparentes {*sic*} egerunt ut[11] iterum teneri uiderentur. si ergo ex fide luctati sunt et non ex consensu ad ostentationem ut operentur ipsi fecerunt hos placuit honorem quidem sedis propriae retinere offerre autem illis et sermonem ad populum aut aliquibus officiis fungi non liceat

[10] homicidium] c *overwritten with an indistinguishable character*
[11] ut] *corr. from* ux *?*

**II** Diacones similiter qui immolauerunt postea autem reluctati sunt aliam quidem honorem habere oportet cessare uero debere ab omni sacro ministerio ita ut nec panem nec calicem offerant nec pronuntient nisi forte aliqui episcoporum [f. 20v] conscii sunt labores eorum et humilitatis et mansuetudinis et uoluerint eis amplius aliquid tribuere uel adimere penes ipsos ergo de hiis erit potestas

**III** De hiis qui fugientes tempore persecutionis conpraehensi sunt uel a familiaribus seu a domisticis traditi uel bona propria amiserunt uel sustenuerunt tormenta uel etiam carceribus inclusi sunt et tamen se proclamauerunt esse christianos quin etiam perseuerante uiolenti {uiolenta *(sic) corr.*} ad id usque perducti sunt ut manus eorum adpraehensas et uiolenter adtractas super sacrificia inponerent illis scilicet perseuerantibus in fide christianos se uociferantibus hoc ergo quod eis inuitis illis cogentibus contigit si luctu et merore animi acerua esse et ferre demonstrant ipsoque humili per bonam conuersationem habitu adita incidentes dolore sed quod inuiti coacti sunt doceant hos tamquam inculpatos a communione non uetari si autem iam prohibiti sunt ab aliquibus a commonione maioris diligentia et inquisitionis causa aut per aliquorum ignorantiam statim recipi oportere hoc autem obseruare [f. 21r] conuenit et de clericis et de omnibus laicis laicos sane qui in similes necessitate incederunt causas tamquam nihil peccauerunt maximae si eos probabilis uita commendet ad ordin[*]ationem {ordinationem *corr.*} recipi placuit

**IIII** De hiis qui sacrificare coacti sunt sed etiam et de hiis qui in templis idolorum manducauerunt si quis eorum cum habitu cultiore ad templa perducti sunt adque ibi adhuc praetiosae ueste mutata caenae participes facti sunt idolorum indefferenter sumentes omnia quae fuerant adposita placuit eos inter audientes uno anno constitui tribus autem aliis annis agere poenitentiam sed ex ipso triennio per biennium tantummodo orationi communicare [c]ertio {tertio *corr.*} autem anno reconciliari sacramentis quotquot autem ascenderunt templa in ueste lugubri et recumbentes inter alios manducauerunt flentes si conpleuerint poenitentiae trienni tempore sine oblatione recipiantur si autem perducti ad templa non manducauerunt biennio maneant in poenitentia tertia uero anno commonicent sed sine oblatione ut dictum est episcopus

autem hanc habere licentiam oportet ut perspectam singulorum conuersationem normam regulamque conuersationis adtribuat id est aut [f. 21v] humanius agens secundum uitae modum tempus alicui brebiari aut etiam prolixus {prolixius *corr.*} quod correctione necessarium uiderit addere discutiatur autem omnium horum et praecedens uita et posterior et ita circa eos sacerdotales humanitas moderetur

**U** De hiis qui minis {menis *corr.*} tantum cesserunt aut ablationem bonorum aut transportationis poena deterriti a fide errauerunt et nunc usque neque penituerunt neque conuersi sunt modo[12] autem tempore huius sinodi se obtulerunt conuersationis suae consilium capientes placuit eos usque ad magnum diem inter audientes suscipi ac penitentiam agere triennio et post duos alios annos sine oblatione commonicare et ita demum sex annis perfectis ad perfectum peruenire quod si aliqui ante hoc concilium suscepti sunt ad poenitentiam ex illo temporis inputabitur initi[*]o {initio *corr.*} sex anni constituti quod si cui eorum quodlibet mortis periculum aut ex egritudine aut ex alia qualibet causa hiis communio propter uiaticum suum non negabitur

**UI** De hiis qui cum festis diebus paganorum in remotis eorum locis conuiuis interfuerunt et suas nihilominus epulas ibidem para[f. 22r]uerunt atque comederunt placuit et post bienni poenitentiam suscipiantur ita tamen utrumque cum oblatione recipiendi sunt an ad solam communionem admitti debeant unusquisque episcoporum examinet uitae eorum praeteritae et praesentis habita consideratione

**UII** De hiis qui secundo et tertio sacrificauerunt per uim coacti quattuor annis poenitentiam se subnectant duobus autem aliis annis sine oblatione communicent septimo uero anno perfectionem recepturi communionis

---

[12] modo] *corr. from* moda *?*

**UIII** Quotquot autem non solum a fide d[eu]m ca {dominica *corr.*} deuiauerunt sed insurrexerunt etiam in alios et fratribus persuaserunt et rei facti sunt persuasionis hii per triennium quidem inter cathecuminos habeantur per aliut autem sexennium penitentiae recipiant locum alio uero anno id est decimo communionem sine oblatione recipiant ut conpleto decennio perfectione fruantur in eo autem tempore etiam uita eorum et conuersatio consideranda est

**UIIII** Diaconi quoque cum ordinantur si in ipsa ordinatione protestati sunt dicentes uelle se habere uxores neque posse continere hii postea si ad nuptias conuenerint maneant in ministerio propterea quod hiis episcopi licentiam [f. 22v] dederint quicumque sane tacuerunt et susciperunt manus inpositionem professi continentiam et postea ad nuptias conuenerint a ministerio cessare debebunt laicam tamen commonionem percipiant

**X** Disponsatas puellas et postea ab aliis raptas placuit erui et hiis reddi quibus fuerunt ante disponsatae etiam si eas a raptoribus florem pudoris amississe constiterit

**XI** Eos qui ante baptismum sacrificauerunt et postea baptismum consecuti placuit ad ordinationem promoueri tamquam ab omni crimine lauacri salutaris sanctificatione purgatos

**XII** Uicariii episcoporum quos greci corepiscopos dicunt non licere praespiteros uel diacones ordinare sed nec praesbiteris ciuitates sine episcopi praecepto amplius aliquid imperare uel sine auctoritate litterarum eius in unaquaque parrocia aliquid agere

**XIII** De hiis qui in clero sunt praesbiterii uel diacones et abstinentibus a carnibus ut eas contingant quidem et si sic uoluerint ab hiis commedendis abstineant quod si tantum eas abhominabiles iudicauerint ut nec olera quae cum carnibus coquntur aestiment comedenda

tamquam non consentientes huic regulæ [f. 23r] cessare [*]porte[*] {oportet *corr.*} a ministerio et ordine suo ut non eas tamquam inmundas contemnant contingant tamen quibus quidem si abstinere uolunt habeant potestatem ita tamen ut si quando cum oleribus coquntur eam tamquam carnibus pulluta non iudicent sed ex hiis ad cibum adsumant quamuis temperent si quis autem hanc regulam admonitus non oboedierint sed carnes ut dictum est inmundas et abhominandas aestimauerit cessare debet ab ordine suo

**ut praesbyteris ecclesiae non liceat uendere**

**XIIII** Si qua de rebus aecclesiae cum episcopus non est praesbiterii uendiderint placuit rescissu contractu ad ius aecclesiasticum reuocari in iudicio autem episcopi erit constitutum si praetium recipi debeat anne propter quod sepe contigit distractarum rerum reditus ampliorem summam pro accepto {praetio *add. in mg.*} reddidisse

**XU** IN hoc ergo titulo greca uerba haec sunt periton allegius {allogius *corr.*} alle non ealogio menontoe quod nos latine possimus dicere de hiis qui inrationabiliter uersati sunt siue uersantur sensus autem in hac sententia [f. 23v] duplex esse oporter {oportet *corr.*} qui ex subiectis conicitur aut de his qui cum pecodibus coitum mixti sunt aut more pecorum incesta cum pinquis {propinquis *corr.*} sanguine commixti sunt quotquot igitur ante uicissimum aetatis suae annum tale crimen admiserunt hii decim annis in penitentia exactis orationi tantum incipiant communicari post uicissimum ad communionem cum oblatione suscipiantur discutiatur autem et uita eorum quae fuerit tempore penitentiae et ita hanc humanitatem consequantur quod si qui perseuerantiam abusi sunt hoc crimine proplixiore {prolixiore *corr.*} tempore id est uicissimo annorum etate ut uxores habentes in hoc crimine inciderint uicissimo quinto annorum penitentiam actam ad communionem orationum {admittantur in qua commonione orationum *add. in mg.*} altero quinquennio perdurantes plenam communionem cum oblatione suscipiant quod si aliqui et uxores habentes et excidentes quinquagensimum aetatis suae annum in hoc prolapsi sunt ad exitum uitae tantum communione mereantur

**XUI** Hos eodem sane non solum leprosos crimine huiusquemodi {*sic*} factus sed alios isto suo morbo replentes placuit inter eos orare qui tempestate iactantur qui a nobis inergumini appellantur [f. 24r]

**XUII** Si quis episcopi suscepti non sunt a sua diocissae in qua fuerint denominati et uoluerint alias aecclesias occupare et uim facere episcopis quos ibi inuenirint {*sic*} seditiones excitando aduersus eos hos segregari oportet quod si uolunt in praesbiteri sedere honore non repellantur a propria dignitate quod si etiam ibi seditiones concitare probantur episcopis ibidem constitutis segregari eos necesse est et nihilominus dignitate praesbiterii pribari

**XUIII** Quotquot uirginitatem polliciti praeuaricati sunt professione contempta inter digamus qui ad secundas nuptias transierant haberi debebunt uirgines autem puellas quae tamquam sorores cum nonnullis uiris habitare uolunt ab eorum consortio prohibemus

**XUIIII** Si quis adulterium commisserit septem annis penitentia[13] conpletis perfectioni redditur secundum pristinos gradus

**XX** Mulieres uero quae fornicantur et partos suos necant sed et his quae agunt secum ut utero conceptos excutiant antiqua quidem definitio usque ad exitum uitae eas ab aecclesia remouit humanius autem nunc definimus ut hiis decim annis tempus penitentiae tribuatur. [f. 24v]

**XXI** Qui uoluntariae homicidium fecerint ad poenitentiam quidem se iugiter mittant circa ex[***]itum {exitum *corr.*} autem uitae communioni digni habeantur

---

[13] penitentia] *corr. from* penitentiae *?*

**XXII** Eos uero qui non uoluntate sed cassu homicidium perpetrauerunt priori quidem regula post septem annorum penitentiam communione sociabuntur secundum gradus constitutos haec uero humanios {humanior *corr.*} difinitio quinquenni tempus tribuit

**XXIII** Qui auguria auspiciaque siue somnia uel diuinationes quaslibet secundum mores gentium obserbant aut in domus suas huiusmodi homines introducunt in exquirendis aliquam artem maleficiorum aut ut domus suas inlustrent confessi penitentiam si de clero sunt abiciantur si uero saeculares quinquennio agant saecundum regulas antiquas constitutas

**XXIIII** Si quis sponsam habens sorori eius forsitan intulerit uiolentiam eique inheserit tamquam suae hanc autem deceptam postea duxerit uxorem desponsatam illa uero quae uitium passa est si forte necem sibi intulerit omnes hii qui facti huius conscii sunt decim annis in penitentiam redigantur saecundum canones constitutos [f. 25r]

**expliciunt canones anquiritanes**

**incipit neocessariensem synodum**

**I** DE praesbytero qui uxorem duxerit

**II** De muliere si duobus fratribus nupserit

**III** De hiis qui plures uxores ducunt

**IIII** Si quis concupi[**]a {concupi a *corr.*} muliere concubitus eius desiderium habeat

**U** De cathecuminis lapsis

**UI** De prignantibus {*sic*} quia oportet eas baptizari quando uolunt

**UII** De praesbiteris[14] ut conuiuio secundarum nuptiarum interesse non debeant

**UIII** De hiis qui adulteris mulieribus sociantur

**UIIII** De praesbiteris[15] qui ante ordine {*sic*} peccant et postea confitentur

**X** De diaconis similiter

**XI** Praesbyter ante annorum XXX aetatis suae non ordinetur

**XII** De hiis qui in egritudine baptizantur

**XIII** De praespiteriis {*sic*} parrociæ

**XIIII** De numero diaconorum

**expliciunt capitula**

**incipit synodum neocessari**

ISTi canones secundi sunt anquirensium qui in neocessariam sunt expositi et hii priores sunt nicenis tituli XIIII

Conuenientibus sanctis et uenerabilibus episcopis in urbem cessariae uitalis germanus grigorius alfius bassilius [f. 25v] salaminus sedus dicassius heraclius leontius anfion stefanus ericius lupus ualentinus gerontius narcisus longinus sancius {sanctus *corr.*} et ceteri statuerunt haec quae infra scripta sunt

**I** Praesbyter qui uxorem duxerit ab ordine illum deponi debere quod si fornicatus fuerit uel adulterium commiserit extra aecclesiam abiciatur penitentiam uero inter laicos redigi oportet

[14] praesbiteris] prae *with macron over* e
[15] praesbiteris] prae *with macron over* e

**II** Mulier si duobus fratribus nupserit abici debere usque ad diem mortis sed propter humanitatem in extrimis {*sic*} suis sacramentis reconciliari oportet ita tamen ut si forte sanitatem recuperauerit matrimonio soluto ad penitentiam admittatur quod si defuncta fuerit mulier in huiusmodi consortio constituta dificilis erit poententia {*sic*} remanenti quae sententiae tam uiros quam mulieres tenere debebunt

**III** De hiis qui frequenter uxores ducunt et hiis qui sepius nubunt tempus quidem quod hiis constitutum est obseruabunt conuersatio autem et fides eorum tempus adbreuiauit

**IIII** Si quis concupita a {a *ras.*} muliere etiam concubitus eius desiderium habeat non autem subsequatur effectus manifestum est hunc fuisse per diuinam gratiam liberatum [f. 26r]

**U** Cathecuminus id est audiens qui ingreditur aecclesiam et stat cum cathecuminis si peccare fuerit uisus figens genua audiat uerbum sed ut abstineat ab idulo peccato quod si in eo perdurat omnino debere abici

**UI** De praegnantibus quoniam oportet baptizari quando uolunt nihil enim hoc sacramento commune est pariturae et illut quod de utero eius fuerit aeditum quia uniuscuiusque in illa confessione libertas arbitrii declaratur

**UII** Praesbyterum conuiuio secundarum nuptiarum interesse non debere maximae cum petatur secundis nuptis penitentiam tribuere quis ergo est praesbyter qui propter conuiuium illis consentiat nuptiis

**UIII** Si cuius uxor adulter[*]um {adulterium *corr.*} commississet cum esset liaicus {laicus *corr.*} et fuerit conprobatum iste ad ministerium ecclesiasticum admitti penitus non debet quod si in clericum iam constitutum adulterauit dato repudio demittere eam debet si uero retinere eius consortium uoluerit non potest suscepto ministerio perfrui

**UIIII** Qui admiserit corporale peccatum et hic postea praesbiter[16] ordinatus est si confessus fuerit quod ante ordinationem suam peccauerit [f. 26v] non quidem offerat maneat autem in i[l]lis {alis *corr.*} officis propter eius studii utilitatem nam cetera peccata censuerunt plurimi etiam ordinationem priuari quod si de hiis non fuerit confessus nec ab aliquo poterit manifestae conuinci huic ipsi de se potestas est permittenda

**X** Similiter et diaconus si in eadem ipsa culpa fuerit inuolutus ipse se a ministerio cohibeat

**XI** Praesbiter ante annorum XXX aetatis suae non ordinetur quamuis sit probilis {probabilis *corr.*} uitae sed obseruet usque ad praefinitum tempus dominus enim tricissimo anno baptizatus est et tunc praedicauit

**XII** Si quis egritudine constitutus fuerit baptizatus praesbiter ordinare non debet non enim fides illius est uoluntaria sed ex necessitate nisi forte postea huius ipsius studium et fides probabilis fuerit aut hominum raritas cogat

[16] praesbiter] praes *with macron over* e

**XIII** Praesbiteri qui congregationales non sunt in aecclesia praesentibus episcopis uel praesbiteris ciuitatis offerre non poterunt nec panem dare in oratione neque calicem[17] dabunt quod si absentes sint ciuitatis sacerdotes et fuerit inuitatus in orationem solus poterit dare

**XIIII** Diacones septem esse debent secundum regulam quamuis magna [f. 27r] sit ciuitas cui regulae autotoritatis {auttoritatis *(sic) corr.*} erit liber actum apostolorum

**XU** Isti kanones secundi sunt ancyrensium qui in neocessarium sunt expositi et hii priores sunt nicenis tituli XIIII et suscripserunt qui conuenerant in synodo neocessariae

**I** DE hiis qui abhominantur nuptias

**II** De hiis qui abhominantur carnes sedens uel minime

**III** De seruis qui dominos contemnunt

**IIII** De praesbiteris qui coniuges habuerunt

**U** De hiis qui aecclesiae congregationes humiliant

**UI** De hiis qui extra aecclesiam congregant

**UII** De oblationibus aecclesiae nulli liceat commutare

**UIII** De ea quae in pauperibus conferunt

**UIIII** De uirgnitate {uirginitate *corr.*} et abstinentia

**X** De elatis propter nomen uirginitatis

**XI** De hiis qui gapes {agapes *corr.*} inuidunt

[17] calicem] *written over erasure ?*

**XII** De hiis qui in pallio gloriantur

**XIII** De mulier[**] {mulieres *corr.*} qui uirili ueste utuntur

**XIIII** De hiis qui de nuptis fugiunt

**XU** De hiis qui excusatione relegionis filios relinqunt {*sic*} [f. 27v]

**XUI** De hiis qui occassione relegionis discipiciunt {*sic*} parentes

**XUII** De mulieribus qui se tondent

**XUIII** De hiis qui dominica die ieiunant

**XUIIII** De hiis qui ieiunia aecclesiastica comtemnunt {*sic*}

**XX** De hiis qui abhominantur martirum congregationes

**XXI** Hii canones post sanctum synodum nicenam expositi sunt in gangram titulus {*sic*} XX

**incipit sinodus gangrentium** {*sic*}

DOminis honorabilibus consacerdotibus in armenia constitutis eusebius olimpius elianus bassilius eulalius[18] grigorius papius bassus eugenius filetus epatius eugenius byttinus heracles preresius qui conuenerunt in gangrensem concylium in domino salutem

Quoniam conueniens sancta synodus episcoporum in gangrensem aecclesiam propter quasdam ecclesiasticas necessarias causas inquirendas et ea quae saecundum eustasium gesta sunt dinoscenda inuenit multa fieri indecenter ab hiis qui hunc eundem eustasium secuti sunt necessario statuit palam factis omnibus amputare uniuersa quae ab eodem mala commissa sunt. declaratum est enim hos eosdem [f. 28r] nuptias accussare quod nullus in coniugale positus gradu spem habeat apud deum unde factum est ut multae mulieres secutae relictis propris uiris et uiri uxoribus destitutis uinculi[s] {uinculum *corr.*} coniugalem desoluerunt continentiam

[18] eulalius] *corr. from* eulauus *?*

profitentes quam cum retinere non possunt adulteria commisserunt inuenti sunt enim discensiones {dissensiones *corr.*} ac separationes dominicis constitutis ecclesis {*sic*} dei docere id est et traditiones ecclesiasticas et ea quae in ecclesis {*sic*} aguntur debere contempni priuatis conuenticulis statutis atque ad imitationem eorum quae in domu dei aguntur omnia praesumere celebrare adhuc etiam uestibus communibus spretis nouos etiam et insolitos habitus adsumpsisse primitus quoque fructum et oblationes eorum quas ueterum institutio tribuit sibimet uindicasse id est propria ratiocinatione doctrinae tamquam sanctis sibi offerre debere apud se et inter se dispensanda et serui a dominis recedentes et per hanc inusitatem regiones et dominos contempsisse mulieres praeter consuetudinem et sui sexus ornatum hic se iustificare credentes uirilem habitum suscipisse pluresque earum occassione relegionis tonsas [f. 28v] genuini decoris comas penitus amputasse ieiunia quae in aecclesia praedicantur contempnenda uentri seruisse nonnullos eorum etiam cibos carnium tamquam inlicitos reputasse in domibus coniugatis nec orationes quidem deber {debere *corr.*} celebrari persuasisse in tantum ut easdem fieri uetent oblationes quoque in domibus factas minime commonicandum esse decernant

Praesbyteros[19] qui matrimonia contraxerunt sperni debere nec sacramenta quae ab eis conficiuntur adtingui loca sanctorum martirum uel basilicas contemnere et omnes qui illuc conueniunt repraehendere diuites fideles qui non omnibus renuntiant quae possident spem apud deum non habere et multa alia quae numerare nulli possibile est singulos quoque eorum pro arbitrio suo constituere unusquisque eorum per tales institutiones ab ecclesiastico canone recedentes tamquam proprias leges sibimet condidisse nec communis hiis omnibus et una sententia est singuli enim prout uidetur et libet ad accusationem ecclesiae nitendo tamquam rector non sit uel addidit decreta uel minuit propter hoc ergo [f. 29r] coactum est hoc concilium in gangrensi aecclesia habitum canones istos exponere quibus probantur memorati extra aecclesiam esse quod si per penitentiam condemnauerint haec omnia quae male senserunt tamquam a se non bene prolata acceptabiles fiant atque adeo singula quae debent condemnare synodus credidit exponenda quod si quis rennuerit haec quae hodie constituta sunt tamquam hereticus et anathematizatus et damnatus abiciatur et erit non solum excommunicatus uerum etiam et ab ecclesia habeatur extoris donec depraecetur episcopos et de uniuersisque penes eos depraehensa atque detecta sunt prodiderit quid horum susciperit obseruandum

[19] deuites {*sic pro* diuites} fideles blasfemando accussat *gl. in mg.*

**I** Si quis nuptias in accussationem deduxerit et mulierem abhominandam crediderit aut etiam accussandam tamquam non posse coniugatus in regnum dei ingredi anathema sit

**II** Si quis carnem manducantem ex fide cum relegione praeter sanguinem et idolo immolatum et suffocatum crediderit condemnandum tamquam spem non habentem quod eas manducet anathema sit [f. 29v]

**III** Si quis seruum alienum occassione relegionis doceat dominum suum debere condemnere et eius ministerium destituere ac non potius docuerit eum suo domino bona fide et cum omni honorificentia seruire anathema sit

**IIII** Si quis a praesbitero qui uxorem habuit forte discernit quod non habeat eo ministrante de oblatione percipere anathema sit

**U** Si quis docet domum dei contemptibilem esse debere et congregationes quae in ea fiunt anathema

**UI** Si[20] quis extra ecclesiam priuatim populos congregrns {congregans *corr.*} contemna[n]t {contemnat *corr.*} ecclesiasticas sanctiones ipsamque ecclesiam apud se autem ea quae sunt ecclesiae uoluerit agere non conueniente presbitero {*sic*} sæcundum episcopi iusionem anathema

20 ut non sit eclesia nec offerri {*sc.* eucharistia} sines {*sic*} iusione episcopi *gl. in mg.*

**UII** Si quis oblationem fructuum uel primitias aecclesiae debitas uoluerit extra ecclesiam accepere uel dare praeter conscientiam episcopi et non magis cum consilio eius de his agendum putauerit anathema sit

**UIII** Si quis dederit uel acciperit fructum oblationis extra episcopum uel quemlibet ministrum tamquam ad dispensationem boni operis anathema

**UIIII** Si quis uirginitatem uel continentiam professus tamquam [f. 30r] abhominabiles nuptias dicat et non solum propter hoc quod continentiae uirginitas bonum sanctumque propositum est anathema

**X** Si quis propter dominum uirginitatem professus in coniugio possitus per adrogantiam uituparauit {uituperauit *corr.*} anathema sit

**XI** Si quis contemnendos duxerit agapem facientes et propter honorem domini pauperes fratres conuocantes et noluerit communicare uocationibus tamquam in nihilum quod fit deducens anathema sit

**XII** Si quis uirorum putauerit sancto proposito id est continentiae conuenire ut pallio utatur tamquam ex eo iustitiam habiturus et repraehendat uel iudicet alios qui cum reuerentia birris utuntur aut alba ueste uel communi quae in usu est anathema sit

**XIII** Si qua mulier hoc proposito utile iudicans ut uirile ueste utatur ad hoc ut uirili habitu utuntur anathema

**XIIII** Si qua mulier uiro derelicto disce[n]dere {discedere *corr.*} uoluerit soluto uinculo coniugali nuptias contemnendo anathema

**XU** Si quis derelinquerit proprios filios et non eos alat et quod eis [f. 30v] saecundum pietatis debitum necessarium est non praebuerit sed occassione continentiae neglegendos putauerit anathema

**XUI** Si qui filii parentes maximae fideles deseruerint et in occassione dei cultus hoc iustum esse iudicantes et non potius debitum honorem parentibus reddiderint ut hoc ipsum in his uenerentur quod fideles sunt anathema

**XUII** Quaecumque mulier relegioni iudicans conuenire comas amputauerit quas deus ad uelamen eius et memoriam subiectionis illi dedit tamquam resoluens iura subiectiois {subiectionis *corr.*} anathema sit

**XUIII** Si quis iudicans die dominica ieiunauerit eius diei contemtu anathema sit

**XUIIII** Si quis eorum qui in propositu sunt continentiae praeter necessitatem corporalem superbia ieiunia communia totius ecclesi {ecclesię *corr.*} putauerit contemnenda et suo sensu dicat non esse perfect[um] {perfecta *corr.*} anathema sit

**XX** Si quis per superbiam tamquam perfectum se existimans conuentus qui per loca uel per bassilicas sanctorum martyrum fiunt uel accussauerit uel etiam oblationes quae ibidem celebratur

{celebrantur *corr.*} spernendas esse crediderit memoriasque sanctorum contemnendas putauerit anathema sit [f. 31r]

**explicit synodum gangrensem**

**incipiunt titu** {*sic*} **statutorum cartaginentium** {*sic*}

**I** DE statuta niceni concilii obseruanda

**II** De trinitate

**III** De continentia

**IIII** De terminos patruum non inuadendas {*sic*}

**U** Ut nullus clericus fænerit

**UI** De crismatae {*sic*} uel reconciliatione et puellarum consecratione

**UII** De conciliandis infirmis

**UIII** Ut nulli criminoso liceat episcopum accussare

**UIIII** De excommonicatis

**X** De hiis qui audient excommonicatis misas et altare erigere

**XI** De episcopis uel praesbyteris audiendis

**XII** De ordinendis episcopis

**XIII** De legatum tripolitanum et de praesbiteros uel diacones audiendis

**XIIII** Ut nulli clericorum liceat in puplico iudicari

**XU** De spectaculis

**XUI** Ut clerici non sint conduciores

**XUII** IUbentur lectores nubere

**XUIII** Clericus quod commodauerit accipiat

**XUIIII** Ante XXU annis nullum promouendum

**XX** De primatu mauritaniae stifensis

**XXI** De ordinandis episcopis uel clericis [f. 31v]

**XXII** Ut corporibus defunctorum eucharitiam {*sic*} non detur

**XXIII** Ut saecundo in anno concilia fiant

**XXIIII** De accussatis episcopis

**XXU** De praesbiteris uel diaconis accussatis

**XXUI** De coniugia clericorum

**XXUII** De heredes clericorum

**XXUIII** Ut episcopi trans mare non proficiscantur

**XXUIIII** De scripturis kanonicis

**XXX** De continentia et de hiis qui sacramenta contractant

**XXXI** Ut nullus rem aecclesiae distrahat

**XXXII** De praesbiteris lapsis

**XXXIII** De rebaptizatis

**XXXIIII** De clericis audiendis et de appellationibus

**XXXU** De excommonicatis clericis

**XXXUI** De accussatis

**XXXUII** De hiis qui ordines contemnunt

**XXXUIII** Ut ne quis res ecclesiasticas sibi mancipet

**XXXUIIII** Non liceat praesbiteriis res tituli uenundare

**XL** Ut non liceat episcopo res tituli uenundare

**explicit** {*sic*} **tituli**

**constituta quae apud cartagine acta sunt** [f. 32r]

POst consulatum gloriosissimorum imperatorum honori XII et theodosi YIII {*sic*} augustorum UIII kalendas iunias kartagine in secretario bassilicae fausti

Cum aurilius papa una cum ualentino primae sedis prouinciae numidiae faustino episcopo ecclesiae potentinae prouinciae italiae piceni legatus ecclesiam {ecclesiae *corr.*}[21] romanae sed et legatis diuersarum prouinciarum affricanarum id est numidiarum duarum uizacenae {bizacenae *corr.*}[22] mauritaniae sitifensis et mauritaniae cessariensis sed et tripolim et uincentio culsitano furtunatiano neapolitano et ceteris episcopis prouinciae proconsularis CCXUIII necnon philippo et assello praesbyteris legatis romanae ecclesiae aeque[23] consedissenta {consedissent *corr.*} adstantibus diaconis aurelius episcopus dixit post diem praestitutam concilii ut recordamini fratres beatissimi multa flagitata sunt exspectantes fratres nostros qui nunc ad praesentem sinodum legati aduenerunt quae gestis necesse est sociantur qua de re domino deo nostro de tantæ congregationis coetu gratias referimus superest ut tam exemplaria niceni concilii quae nunc habemus et a patribus [f. 32v] constituta sunt quam etiam hic a decessoribus nostris eandem synodum firmantes uel quae secundum eam formam per omnes clericorum gradus a summo usque in ultimo salubriter ordinata sunt in medio proferantur ab uniuerso concilio dictum est proferantur danihel notarius recitauit niceni concilii fidei professio uel statuta ita se habent et

[21] Scratched correction.
[22] Scratched correction.
[23] aeque] *corr. to* ęque *by scratching ?*

cum recitaret faustinus episcopus plebis potentinae prouinciae italiae piceni ligatus {legatus *corr.*} romanæ aecclesiae dixit iniuncta nobis sunt a sede apostolica aliqua per scripturam aliqua etiam in mandatis cum uestra beatitudine tractanda sicuti et gestis superioribus meminimus hoc est de canonibus ut conseruentur et constitutio eorum et consuetudo quia et aliqua ordine et canone tenentur aliqua consuetudine firmata sunt de hiis ergo primitus si placet beatitudini uestrae tractemus et post ea ceteraque acta uel inchoata sunt inserta firmabuntur ut et ad sedem uenerandam rescriptis uestris intimare positis atque nos admonuisse apud uenerabilem papam euidenter clareat liceat et capitula actionum iam inserta sint gestis de ipsis ergo ut superius dixi quod uestrae beatitudini placeat agere debeamus ueniat ergo commonitorium in medium [f. 33r] ut scire possit uestra beatitudo quid in eo contineatur et ad singula respondeat

Aurelius episcopus dixit proferatur commonitorium quod fratres et consacerdotes nostri actis nuper allegauerunt et cetera quae acta uel agenda sunt subsequenter danihel notarius recitauit commonitorium fratri[24] faustino episcopo et filiis philippo et assello praesbyteris zozimus episcopus uobis commissa negotia non latet etiam uos ita ac si nostra ibi immo quia nostra ibi in uobis praesentia est cuncta peragere maximae cum et hoc nostrum possitis habere mandatum et uerba canonum quae in pleniorem firmitatem huic commonitorio inseruimus

ITa enim dixerunt fratres in concilio niceno cum de episcoporum appellatione decernerent placuit autem ut episcopus {si *add. sup. lin.*}[25] accussatus fuerit et iudicauerint congregati episcopi regionis ipsius et de gradu suo deiecerint eum et appellasse uideatur et confugerit ad beatissimam {beatissimum *corr.*} aecclesiam {aecclesiae *corr.*}[26] romanae episcopum et uoluerit audiri et iustum putauerit ut renouetur examen scribere hiis episcopis dignetur qui in finitima et propinqua prouincia sunt ut ipsi diligenter omnia requirant et iuxta fidem ueritatis definiant quod si quis rogat causam suam [f. 33v] iterum audiri et depraecatione sua mouerit episcopum romanum ut e latere suo praesbiterum mittat erit in potestate episcopi quid uellit et quid existimet si decreuerit mittendos esse qui praesentes cum episcopis iudicent habentes auctoritatem eius a quo distinati sunt erit in suo arbitrio si uero crediderit sufficere episcopus ut negotio terminum inponant facient {faciant *corr.*}[27] quod sapientissimo consilio suo iudicauerit et cum recitaret

[24] fratri] *corr. to* foratri *by scratching ?*
[25] Scratched correction.
[26] Scratched correction.
[27] Scratched correction.

Alipius episcopus ecclesiae tagastensis legatus prouinciae numidiae dicit de hoc iam superioribus etiam litteri[*] {litteris *corr.*} rescripsimus et id nos seruaturos profitemur quod in niceno concilio constitutum est adhuc tamen me mouet quoniam cum inspiceremus a {a *cancel.*} greca exemplaria huius synodi niceni ista ibi nescio qua ratione minimae inuenimus unde petimus uenerationem tuam sanctae {*sic*} papa aureli ut quia hoc authenthicum concylium nicenum in urbe dicitur esse constantinopolitana aliquos cum scriptis tuae sanctitatis mittere digneris et non solum ad ipsum sanctum patrem nostrum constantinopolitanum episcopum sed etiam alexandrinae et anthiochenae uenerabiles sacerdotes qui hoc nobis concilium sub adstipulatione litterarum suarum dirigant [f. 34r] ut omnis postmodum ambiguitas auferatur quia nos ita ut frater faustinus adtulit minime inuenimus ista nos tamen paulis perseruaturos {*sic*} ut ante ea dixi donec integra exemplaria ueniant profitemur petendus est autem litteris nostris etiam uenerabilis romanae ecclesiae episcopus bonifatius ut ipse quoque dignetur ad mem[e]ratas {memoratas *corr.*} ecclesias[28] aliquos mittere qui eadem exemplaria praedicti niceni concilii secundum {secum *corr.*}[29] possint scripta perferre

Nunc autem memorati niceni concylii qualia exemplaria habemus hiis gestis sociamus faustinus episcopus legatarius romanae ecclesiae[30] dixit nec uestra sanctitas praeiudicat ecclesiae[31] romanae siue de hoc capitulo siue de alis quia ut {constat *gl. (corr.?) sup. lin.*}[32] dicere dignatus est frater et coepiscopus noster alypius dubius {dubios *corr.*}[33] esse canones sed {haec *add. in mg.*} ipsa ad sanctum ac beatissimum papam nostrum scribere dignemini ut et ipse integros canones inquirens cum uestra sanctitatis {sanctitas *corr.*}[34] de omnibus constitutis tractare possit sufficit autem ut ipse beatissimu {beatissimus *corr.*} episcopus urbis romae sicuti et uestra sanctitas apud se tractat ita et ipse inqurat {*sic*} ne contentio inter ecclesias nasci uideatur sed magis caritate fraterna deliberare possitis ipso rescribente quid melius obseruare debeat [f. 34v]

Aurelius episcopus dicit praeter ista quae depromsimus actis necesse est ut etiam nostrae paruitatis litteris sancto fratri et consacerdoti nostro bonifatio singuli {singula *corr.*} quae

---

[28] ecclesias] eccle *with macron over* le
[29] Scratched correction.
[30] ecclesiae] eccl *with macron over* cc
[31] ecclesiae] eccl *with macron over* cl
[32] Scratched gloss/correction.
[33] Scratched correction.
[34] Scratched correction.

tractamus plenissime intimemus ergo si omnibus placet prosecutio nostra ore omnium condiscamus uniuersum concilium dixit placet

Nouatus episcopus legatus mauritaniae sitifensis dixit nunc meminimus in hoc praesenti commonitorio lectum etiam de praesbiteris uel diaconis contineri qualiter audiri ab episcopis suis uel a finitimis debeant quod nicen[i] {niceno *corr.*} concilio minime legimus unde hoc ipsut {*sic*} iubeat sanctitas uestra nobis recitari

Aurelius episcopus dixit recitetur[35] ad locum etiam hoc quod deposcitur danihel notarius recitauit de appellationibus autem clericorum id est minoris loci est ipsius synodi certa responsio de qua re acturi sitis credimus inserenda quod aliter {taliter *corr.*}[36] dictum est

Osius episcopus dixit quid me adhuc moueat reticere non debeo si episcopus quis forte iracundus quod esse non debet cito aut aspere commoueatur aduersus praespiterum siue diaconum suum et exterminare eum de ecclesia uoluerit [f. 35r] prouidendum est ne innocens damnetur aut perdat communionem habeat potestatem iectus ut finitimos interpellet ut causa eius audiatur et diligentius tractetur quia non oportet ei negari audientia roganti et ille episcopus qui aut iuste aut iniuste reiecit patienter accipiat ut negotium discutiatur ut aut probetur eius aut emenetur {emendetur *corr.*} sententia

Agustinus episcopus ecclesiae ippoliensis {ipponiensis *corr.*} prouinciae numediae dixit et hoc nos seruaturos profitemur salua diligentiore inquisitione niceni conc[**]ilii {concilii *corr.*}

Aurelius episcopus dixit si hoc etiam omnium uestrae caritatis {caritati *corr.*}[37] placet responsione firmate uniuersum concylium dixit omnia quae in niceno concilio statuta sunt placent nobis omnibus

Iucundus episcopu[m] {episcopus *corr.*} ecclesiae sufetulae legatus prouinciae uizacenae dixit quod statutum est in niceno concilio uiolari a quoquam nullatenus potest

Faustinus episcopu[m] {episcopus *corr.*} legatus ecclesiae romanæ dixit adhuc secundum professionem sanctitatis uestrae tam sancti alyppi quam etiam fratris nostri iucundi aliqua

---

[35] recitetur] *one or two words have been scratched in above this word*
[36] Scratched correction.
[37] Scratched correction.

infirmari credo aliqua firmari quod non debeat sed cum iam in dubium ipsi canones uenerint ergo ut placet et nobis [f. 35v] et beatitudini uestrae ad sanctum et uenerabilem ecclesiae[38] romanae episcopum uestra sanctitas scribere dignetur ut et ipse quod et sanctus agustinus statuere dignatus est deliberare possit utrumnam et hoc consentiendum sit ac reticendum {retinendum *corr.*}[39] hoc est de appellationibus inferioris gradus si ergo in dubium uenit et de hoc capitulo iustum est ut beatissimae sedis apostolicae episcopus informari debeat si tamen adprobatis canonibus hoc non inueniri posset

Aurelius episcopus dixit etiam quae dudum uestrae caritati intimauimus nunc patemini tam exemplaria statutorum niceni concilii sed et quae hic salubriter a nostris decessoribus constituta secundum eiusdem concilii formam uel quae nunc ordinata sunt recitari et gestis inseri

Omne concilium dixit exemplaria fidei et statuta niceni synodi quae ad nostrum concilium per beatae recordationis ollim prodecessorem tuae sanctitatis qui interfuit caecilianum episcopum adlata sunt sed et quae patres ea exempla sequentes hic constituerunt uel nunc communi tractatu constituemus his gestis ecclesiasticis inserta manebunt ita ut superius dictum est uenerabilibus uiris anthiocenae et alexandrinae sed et constantinopolitanæ [f. 36r] ecclesiarum episcopis scribere uestra beatitudo dignetur ut exemplaria uerissima niceni concilii dirigant sub adstipulatione litterarum suarum quo declarata ueritas ea capitula quae in commonitorio praesente fratre et coepiscopo nostro faustino sed et fratres praesbyteri[40] philippus et assellus secum adtulerunt collecta synodus de hoc in secundo tractabimus ut aut ibidem reperta nobis[41] firmabuntur aut si non inuenta fuerint silebunt

Danihel notarius recitauit niceni concilii fidei professio uel eius statuta ita se habent hic nicenum concilium legitur ut superius lectum est titulos XX uno ex ordine recitauit et cum recitaret statuta niceni concilii in omnibus seruanda

Aurelius episcopus dixit haec ita aput nos habentur exemplaria statutorum quae tunc patres nostri de concilio niceno secum detulerunt cuius formam seruantes ea quae sequntur {*sic*} constituta a nobis custoditur firmata

---

[38] ecclesiae] eccl *with macron over* cc
[39] Scratched correction.
[40] praesbyteri] ppb *with macron over* pb; *corr. from* ppbb
[41] nobis] *corr. from* a nobis *?*

**de trinitate uniuersum concilium dixit**

**II** DEO propitio pari professione fides ecclesiastica quae per nos traditur in hoc coetu glorioso primitus confitenda est tunc demum ordo ecclesiasticus singulorum [f. 36v] et consentsu {consensu *corr.*} omnium adserendus ad conprobandas fratrum et coepiscoporum nostrorum nuper promotorum mentes ea proponenda sunt quae a patribus certa dispositione accipimus ut trinitatis quam nostris in sensibus consecratam retinemus patris et filii et spiritus sancti unitatem quae nullam noscitur habere defferentiam sicut dedicimus ita dei populos instruemus ab uniuersis episcopis dictum est plane sic accipimus sic tenemus sic docemus fidem euangelicam uestram doctrinam sequentes

**de continentia aurelius episcopus dixit**

**III**[42] Cum praeterito concilio de continentiae et castitatis moderamine tractaretur gradus isti tres qui constrictione quadam castitatis per consecrationes adnexi sunt episcopus inquam praesbyter et diaconus ita placuit ut condecet sacros antistites ac dei sacerdotes necnon et leuitas uel qui sacramentis diuinis inseruiunt continentes esse in omnibus quo possint simpliciter quod a domino postulant inpetrare ut quod apostoli docuerunt et ipsa seruauit antiquitas nos quoque custodiamus Faustinus episcopus ecclesiae potentinae prouinciae piceni legatus [f. 37r] romanae aecclesiae dixit placet ut episcopus praesbyter et diaconus uel qui sacramenta contrectant pudicitiae custodes ab uxoribus se abstineant ab uniuersis episcopis dictum est placet ut in omnibus et ab omnibus pudicitiae {pudicitia *corr.*}[43] custodiatur qui altario inseruiunt

**de terminis patrum**

[42] ut episcopi praespiteri diaconi et subdiaconi se abstineant *gl. in mg.*
[43] Scratched correction.

**IIII** Aurelius episcopus dixit auaritiae cupiditatem quam rerum omnium malorum matrem esse {1 Tim 6, 10} nemo quis dubitet proinde inhibendum est ut ne quis alienos fines usurpet aut per praemium terminos patrum statutos transcendat

**ut nullus clericus feneret**

**U**[44] NEc omnino quiquam clericorum liceat de qualibet re[45] fenus accipere quamquam non uellae {nouellae *corr.*} suggestiones quae obscurae sunt uel sub diuerso genere latent inspecti a nobis formam accipient ceterum de quibus apertissimae scriptura sancxit non uerenda sententia est sed sequ[a]nda {sequenda *corr.*} proinde quod in laicis repraehenditur id multo magis debet in clericis praedamnari uniuersi dixerunt nemo contra prophetas nemo contra euangelia facit sine suo periculo [f. 37v]

**de chrismatae uel reconciliati[n]ne {reconciliatione *corr.*} et puellarum consecratione**

**UI** FOrtunatus episcopus dixit in praeteritis concyliis statuta meminimus ut crisma uel reconciliatio pe[*]nitentum {penitentum *corr.*} necnon et puellarum consecratio a praesbyteris non fiat si quis emerserit hoc facere quid de eo statuendum sit

Aurelius episcopus dixit audiuit dignatio uestra suggestionem fratris et coepiscopi nostri fortunati quid ad haec dicitis ab uniuersis episcopis dictum est crismae confectio et puellarum consecratio a praesbyteris non fiat uel reconciliare quemquam in puplica missa praesbytero non licere hoc omnibus placet

**de reconciliandis infirmis**

**UII** AVrelius episcopus dixit si quisquam in periculo fuerit constitutus et reconciliari se diuinis altaribus petierit si episcopus absens fuerat debet utique praesbyter consulære {consulere *corr.*}

[44] ut clerici non ad ussuram {*sic*} fenerent *gl. in mg.*
[45] re] *corr. to* ne *?*

episcopum et sic periclitantem eius praecepto reconciliare quam rem debemus salubri consilio roborare ab uniuersis episcopis dictum est placet quod sanctitas uestra necessario nos instruere dignata est [f. 38r]

**in accussatione episcoporum criminosi non debere admitti**

**UIII** Numidius episcopus maxulitanus dixit praeterea sunt quamplurimi non bonae conuersationis qui existimant maiores natu uel episcop[u]s {episcopos *corr.*} passim uageque in accussatione pulsandos debent tam facile admitti contra apostolicam regulam necne[46]

Aurelius episcopus dixit placet igitur caritati uestrae ut is qui aliquibus sceleribus irretitus est uocem aduersus maiores natu non habeat accussandi ab uniuersis episcop[u]s {episcopis *corr.*} dictum est si criminosus est non admittitur

**de excommonicatis**

**UIIII** Agustinus episcopus legatus prouinciae numidiae dixit hoc statuere dignemini ut si qui forte merito facinorum suorum ab aecclesia pulsi sunt siue ab aliquo episcopo uel praesbitero fuerint in communione suscepti etiam ipse pari cum eis crimine teneatur obnoxius refugientes sui episcopi regulare iudicium ab uniuersis episcopis dictum est omnibus placet

**de[47] his qui excommonicati audenter agere et sacrificare** [f. 38v]

**X** Alypius episcopus ecclesiae thagastensis legatus prouinciae numi[a]liae {numidiae *corr.*} dixit nec illut praetermittendum est ut si qui forte praesbyter ab episcopo suo correptus tumore uel superbia inflatus putauerit separatim se sacrificium deo offerre uel aliud erigendum altare contra aecclesiasticam fidem uel disciplinam crediderit non exeat inpunitus

---

[46] necne] *corr. from* nec me *?*
[47] Two *signes de renvoi* (ħ and ð) connect this rubric with the canon at the top of the next page.

Ualentinus primae sedis prouinciae numidiae dixit necessario disciplinae ecclesiasticae et fidei congrua sunt quod frater noster alypius prosecutus est proinde quid exinde uideatur uestræ dilectioni {dicite *add. in mg.*} proferre ab uniuersis episcopis dictum es {est *corr.*} si qui praesbyter a praeposito suo correptus fuerit debet utique apud uicinos episcopos conuenire ut ab ipsis eius causa possit audiri ac per ipsos suo episcopo reconciliari quod nisi fecerit sed superbia magis quod absit inflatus secernendum se ab episcopi sui communioni dixerit {duxerit *corr.*} ac separatim cum aliquibus scisma faciens sacrificium deo obtulerit anathema habeatur nihilominus et locum amittat et si quaerimoniam iustam aduersus episcopum haberit {*sic*} inquirendum erit

**qualiter[48] episcopi praesbyteri et diaconi audiantur** [f. 39r]

**XI** FELix episcopus dixit sugero secundum statuta ueterum conciliorum ut si quis episcopus quod non obtamus in reatum aliquod incurrerit et si nimia fuerit necessitas ut non possint plurimos congregari ne in crimine remaneat a duodecim episcopis auditur et a UI uel UII cum proprio episcopo praesbyter audiatur et a tribus dicon[i]s {diaconvs *corr.*} audiatur

**de ordinandis episcopis**

**XII** AVrelius episcopus dicit quid ad haec dixit {dicit *corr.*}[49] sanctitas uestra ab uniuersis episcopis dictum est a nobis ueterum statuta debere seruari sicuti et inconsulto primatae cui[t]us libet {cuiuslibet *corr.*} prouinciae episcopo tam facile non temere praesumant multae congregati episcopi episcopum ordinare si uero necessitas fuerit tres episcopi in quocumque loco sint eius praecepto ordinare debebunt episcopum et si qui contra suam professionem uel suscriptionem uenerit ipse se ab hoc coetu separabit

**de tripolim unus episcopus in legationem uenire et ut praesbyter** {**praebs** *with macron over* **b**} **ibidem U episcopis audiatur**

[48] A *signe de renvoi* (∸) connects this rubric with the canon at the top of the next page.
[49] Scratched correction.

**XIII** SAne placuit de tripolim propter inopiam prouinciae ut unus episcopus in legationem ueniat et ut praesbiter ibi quinque audiatur episcopis et diaconus a tribus ut superius memoratum est [f. 39v]

**nullus clericus ad puplicum iudicium ueniat**

**XIIII** QUisquis uero episcoporum praesbyterorum et diaconorum uel clericorum cum in aecclesia ei fuerit crimen institutum uel ciuilis causa ei fuerit commota si relicto ecclesiastico iudicio puplicis iudiciis purgari si {se *corr.*} uoluerit etiam si pro ipso fuerit prolata {probata *corr.*} sententia locum suum amittat et hoc in criminali in ciuili uero perdat quod euicit si locum suum obtinere malluerit sane et illut si ex consensu partium qui electi fuerint iudices etiam a pauciore numero quam constitutum est non liceat prouocare

**de spectaculis**

**XU**[50] Placuit ut filii sacerdotum spectacula saecularia non tantum non exhibeant sed nec spectare eis liceat hoc semper christianis in omnibus interdictum sit ut ubi blasfemiae sunt omnino non accedant

**ut clerici non sint conductores**

**XUI** ET ut episcopi praesbyteri diaconi non sint conductores aut procuratores neque ullo turpi negotio et inhonesto uictum quaerunt respicere enim debent scriptum esse nullus militans deo inplicat se negotis saecularibus {2 Tim 2, 4}

**iubentur**[51] **lectores nubere** [f. 40r]

---

[50] nullus clericorum in spectaculis ueniet nec se negotis saecularibus misceant *gl. in mg.*
[51] A *signe de renvoi* (∸) connects this rubric with the canon at the top of the next page.

**XUII** ET ut lectores cum ad annos pubertatis uenerint cogantur uxores ducere aut continentiam profiteri

**clericus quod uel quantum commodauerit recipiet**

**XUIII** ET ut clericus si commodauerit peccuniam {*sic*} pecuniam recipiat si speciem eandem speciem quantum ei debetur accipiat

**ante XXU annos nullum in ordine promouere**

**XUIIII** ET ut ante XXU annis aetatem diaconus nullus ordinetur neque uirgines consecrantur et ut lectores popu[*]lum {populum *corr.*} non salutent

**de primatu auritaniae sidibensis** {*sic*}

**XX** Πrimatum[52] uero proprium cum mauritaniae sitibensis episcopi postularent omne concilium episcoporum numidiae consentiensibus {consentientibus *corr.*} omnibus primatibus uel uniuersis episcopis prouinciarum affricanarum propter longi iteneris habere permisa est cum consilio carthaginensis ecclesiae factum est

**de ordinandis episcopus uel clericis**

**XXI** ITem placuit ut ordinatio episcoporum uel clericorum prius placita concilii intimentur eorum auribus ob ordinatoribus suis ne se aliquid contra statuta concilii fecisse peneteant

[52] πrimatum] *read* primatum

**XXII** ET ut corporibus defunctorum eucharistia non detur dictum est enim accipite et edite {Mt 26, 26} [f. 40v] cadauera autem nec accipire {accipere *corr.*} possunt nec edere et c[*]am {nec iam *corr.*} mortuos homines baptizari faciat praesbyterum ignauia

**ut[53] bis in anno concilia fiant**

**XXIII** Pro qua re confirmandum est in hac sancta synodo ut secundum nicena statuta propter causas ecclesiasticas quae ad perniceam {*sic*} plebium sepe ueterescunt singulis quibusque [*]annis {annis *corr.*} concilia fiant ad quod omnes prouinciae quae primas sedes habent de conciliis suis binos aut quantos elegerint gatos {legatos *corr.*} mittant episcopos congregatos ut conuento integro plena possit esse auctoritas

**de accussatis episcopis**

**XXIIII**[54] Aurelius episcopus dixit quisquis uero episcoporum accussatur ad primates prouinciae ipsius causam deferat accussatur nec a communione suspendatur cui crimen intenditur nisi ad cau[s]sam {causam *corr.*} suam dicendam electorum iudicum die statuta litteris euocatus minime occurrerit hoc est intra spatium mensis unius ex die qua eum litteris accipisse constituerit quod si aliquas ueras necessitatis causas probauerit quibus eum occurrere non potuisse manifestum est causae suae dicendae intra alterum mensem integram habeat facultatem uerum tamdiu post mensem secundum non communicet donec purgatur si autem nec ad concilium uniuersale [f. 41r] anniuersarium occurrere uoluerit ut uel ibi causa eius terminetur ipse in se damnationis sententiam dixisse iudicetur tempore sane quod non commonicat nec in sua ecclesia nec in parrocia communicet accussator autem eius si numquam diebus causae dicendae defuerit a communione non remoueatur si uero aliquando defuerit subtrahense {subtrahens se *corr.*} restituto in communione episcopo ipse remoueatur accussatur a commonione ita tamen ut nec ipsi adimatur facultas causae peragendae si se ad diem occurre {occurrere *corr.*} non noluisse sed non potuisse probauerit illut uero ut cum agere coeperit in episcorum {episcoporum *corr.*}

[53] ut *preceded by erasure (two–three characters)*
[54] nullum excommonicandum ante audientia *gl. in mg.*

iudicio si fuerit accussatorit {accussatoris *corr.*} persona culpabilis ad arguendum non admittatur nisi proprias non tamen ecclesiasticas causas asserere uoluerit

**de praespiteris uel diaconis accussatis**

**XXU** Si autem praesbyteri uel diaconi fuerint accussati adiuncto[55] sibi ex uicinis locis proprio[*] {proprivs *corr.*} epucopos {episcopvs *corr.*} legitimo numero collegantur {collegarum *corr.*} quos ab eodem accussati petierint id est in praesbyteri nomine quinque diaconi duo episcopi ipsorum causam discutiant eadem dierum et dilationum et a communione remotionum et discussione personarum inter accussatores et eos qui accussantur forma seruata reliquorum autem clericorum [f. 41v] causas etiam solus episcopus loci cognoscat et finiat

**de coniugia clericorum**

**XXUI** ET ut filii clericorum gentilibus uel hereticis aut scismaticis matrimonio non coniugantur

**de heredes clericorum**

**XXUII** UT episcopi uel quicumque clerici in eos qui catholici christiani non sunt etiam si consanguinei fuerint per donationes rerum suarum nihil conferant

**ut episcopi trans mare non proficiscantur**

**XXUIII** VT episcopi trans mare non proficiscantur nisi consulto primae sedis episcopo suae cuiusque prouinciae ut ab eo praecipue possint sumere formatas uel commendaticas {*sic*} epistolas

[55] adiuncto] *corr. from* adiunctos *?*

**de scripturis canonicis**

**XXUIIII**[56] ET ut praeter scripturas canonicas nihil in ecclesia legatur sub nomine scripturarum diuinarum sunt autem kanonicae scripturae id est ueteris testamenti genesis exodus leuiticus mumeri {*sic*} deuternomium iesu naue iudicum ruth regnorum libri quattuor paralippemenorum[57] libri duo iob psalterium salomonis libri quinque propetarum esaias hieremias ezechiel daniel libri duodecim prophetarum tobias iudith hester hestrae libri duo machabeorum libri duo noui testamenti euangelii libri quattuor [f. 42r] actuum apastolorum {*sic*} liber unus epistolas pauli apostoli numero XIIII petri apostoli duas iohannis tres iacobi una iudae una apocalypsis iohannis liber unus Hoc[58] etiam fratri et consacerdoti nostro sancto bonifatio urbis romae episcopo uel alis earum partium episcopis pro confirmando isto canonae innotescunt quia et a patribus ita accipimus in aecclesia legendum

**de continenentia** {*sic*} **et deus qui sacramenta contrectant**

**XXX** Addimus itaque fratres carissimi praeterea de quorumdam clericorum quamuis lectorum erga uxores proprias incontinentia referetur placuit quod et in diuersis concyliis firmatum est subdiacones qui sacra ministeria contractant et diaconi praesbyterii sed et episcopi secundum priora statuta etiam ab uxoribus se continere ut tamquam non habentes uideantur esse quod nisi fecerint ab aecclesiastico remoueantur officio ceteros autem clericos ad hoc non cogi nisi maturiore aetate ut superius dictum est annorum XXX ab uniuerso concylio dictum est quae uestra sanctitas sancsit iuste moderate et sancte et deo placita sunt confirmentur in omnibus [f. 42v]

**XXXI** Ut nullus rem aecclesiae fendat {vendat *corr.*} quod si reditum non habet et aliqua necessitas nimia cogit hanc insinuandam esse primato prouinciae ipsius ut cum statuto numero

[56] qui libio {*sic*} in aecclesia leguntur *gl. in mg.*
[57] paralippemenorum] paralippemen *with macron over final* n
[58] placuit etiam legi omnium martirum passiones cum anniuersaria omnium episcoporum *gl. in mg.*

episcoporum utrum faciendum sit arbitrentur quod si tanta urguet necessitas aeclesiae ut non possit ante consulere saltim uicinos testes conuocet episcopus curans ad concilium omnem referre ecclesiae necessitates quod si non fecerit reos {reus *corr.*} deo et sancto concylio uenditur honore amiso teneatur

**de praespiteris labsis**

**XXXII** ITem confirmatum est et si quando praesbyteri uel diaconi in aliqua grauiori culpa conuicti fuerint qua eos a ministerio necesse sit remoueri non eis manus uel tamquam penitentibus uel tamquam fidelibus laicis inponatur

**de rebabtizatis**

**XXXIII** Neque permittendum ut rebaptizati ad clericatus gradum promoueantur

**de clericis audiendis et de appellationibus**

**XXXIIII** Item placuit ut praesbyterii et diacones uel ceteri inferiores clerici causas quas habuerint si de iudicio episcoporum suorum quaesiti fuerint uicini episcopi eos audiunt et inter eos quidquid causae fuerit finiant consentientes eorum episcopi quod si et ab eis prouocandum putauerint non eis permittatur nisi ad primatus suarum [f. 43r] prouinciarum aut ad uniuersale concylium sicut et de episcopis sepe constitutum est ad transmarinum autem qui putauerit appellandum a nullo intra eadem {*sic*} prouinciam in communionem suscipiatur

**de excommoni** {*sic*} **clericis**

**XXXU** Item placuit uniuerso concylio ut qu[**] {qui *corr.*} excommonicatus fuerit pro suo neglecto siue episcopus siue quilibet clericus et tempore excommonicationis suae ante audientiam commonionem praesumpserit ipse in se damnationis iudicetur protulisse sententiam

**de accussatis**

**XXXUI** Item placuit ut accussatus uel accussator in eo loco unde {ubi *corr.*} est illi qui accussatur si metuit aliquam uim temerariae multitudinis locum sibi [a]legat {elegat *corr.*} proximum quo non sit deficile testes perducere ubi causa eius finiatur

**de iis** {*sic*} **qui ordines contemnunt**

**XXXUII** Item placuit ut quicumque clerici uel diaconi pro necessitatibus ecclesiarum [*]non {non *corr.*} obtemperauerint episcopis suis uolentibus eos honorem ampliorem in sua aecclesia promouere nec illic in suo gradu ministrent unde recedere noluerunt

**ne quis res ecclesiasticas sibi mancipit**

**XXXUIII** Item placuit ut episcopi praesbyterii diaconi uel quicumque clerici qui cum nihil hebentes ordinantur et tempore [f. 43v] episcopatus uel clericatus sui agros uel quaecumque praedia nomini suo conparant tamquam rerum dominicarum inuassionis crimine teneantur nisi admoniti in ecclesiam eandem ipsa contulerint si autem ipsis propriae aliquid liberalitate alicuius uel successione cognationis obuenerit faciant inde quod eorum propossito congruit quod si a suo proposito retrorsum exobitauerint {exorbitauerint *corr.*} honore ecclesiastico indigni tamquam reprobi iudicentur

**ut non liciat** {*sic*} **praesbyteris tituli uenundari** {*sic*}

**XXXUIIII** Ita etiam placuit ut praesbyterii non uenda {uendant *corr.*} rem ecclesiae ubi sunt constituti nescientibus episcopis suis quomodo nec episcopo licet uendere praedia ecclesiae inconsulto concilio uel cuncto praesbyterio sine necessitate ulla

**de rebus tituli non inuadendos**

**XL** ET ut episcopo non liceat matrici ecclesiae rem tituli praesbyteri sui usurpare

**XLI** Aurelius episcopus dixit iuxta statuta totius concylii congregati et meae me[n]diocritatis {mediocritatis *corr.*} sententiam placet facere rerum omnium conclusionem uniuersi tituli designati et degesti huius diei tractatum aecclesiastica gesta suscipient ea uero quae adhuc expressa non sunt cum cognouerimus die sequenti per fratres nostros faustinum episcopum philippum et assellum praesbyteros uenerabili fratri [f. 44r] et coepiscopo nostro bonifatio rescribemus et subscribserunt

Aurelius episcopus huic scidulae relictae nobis susscripsi {subscripsi *corr.*}
Ualentinus episcopus primae sedis prouinciae numidiae suscribsi. {subscribsi *corr.*} Faustinus episcopus aecclesiae potentinae prouinciae piceni legatus sanctae ecclesiae romanae huic gestae suscribsi {subscribsi *corr.*}
Alypius episcopus ecclesiae thagastensis legatus prouinciae numidiae susscribsi {subscribsi *corr.*}
Agustinus episcopus ecclesiae hipponi regie legatus concilii huic cartulae pro me et eodem concilio susscribsi {subscribsi *corr.*}
Possidus episcopus ecclesiae calamensis legatus prouinciae numidiae inferioris susscribsi
Uincentius episcopus culsitanae ecclesiae susscribsi
Fortunatus episcopus neapolitanae ecclesiae susscribsi
Pentadius episcopus arpitaniae ecclesiae suscribsi {subscribsi *corr.*}
Rufinianus episcopus ecclesiae mazansis suscribsi
Praetextatus episcopus sicilibensis ecclesiae suscribsi
Quoduultdeus episcopus ucrensis ecclesiae susscribsi {subscribsi *corr.*}
Candidus episcopus abitinensis germanicianorum ecclesiae susscribsi {subscripsi *corr.*}
Maximianus episcopus aquaensis regionum legatus prouinciae uizacinae susscribsi
Iucundus episcopus sufetulensis legatus prouinciæ uizacenae suscribsi
Maximinus episcopus suffetanus legatus prouinciae zacenae suscribsi [f. 44v]
Hirianus {Hilarianus *corr.*} episcopus horrei celiensis legatus prouinciae uizacenae susscribi {*sic*}
Nouatus episcopus sitifensis susscribsi

Ninellus episcopus susurranensis legatus prouinciae mauritaniae tsitifensis {sitifensis *corr.*} suscribsi
Laurentius episcopus iocositanus legatus prouinciae mauritaniæ cessariensis suscribsi. calonianus episcopus utinensis ecclesiae suscribsi
Numerianus episcopus raguriensis legatus eiusdem prouinciae suscripsi
LEo episcopus moptensis legatus eiusdem prouinciae suscribsi
Alius leo episcopus legatus prouinciæ sitifensis suscribsi
ET ceteri episcopi CCXUIII diuersarum prouinciarum suscriberunt {*sic*}
Philippus praesbyter legatus sanctae ecclesiae romanae hiis gestis suscribsi
Assellus praesbyter legatus sanctae ecclesiae romanae hiis gestis suscripsi ut gesta collimus per nos directa

INcipit epistula ab omni concilio supra scripto ad bonifatium urbis romae episcopum scripta et cum gesta quae ibidem aput cartaginem confecta per faustinum episcopum et philippum et assellum praesbyteros directa

**incipit epistola aureli** [f. 45r]

Domino beatissimo et honarabili fratri bonifatio episcopo aurelius ualentinus primatus prouinciae numidiae et ceteri qui praesentes adsumus episcopi numero CCXUIII[59] ex[60] omni concilio uniuerso affricano salutem

Quoniam domino placuit ut de hiis quae nobiscum egerunt sancti fratres nostri episcopus faustinus et fratres praesbyterii philippus et assellus beate memoriae papae zozimo a quo ad nos mandata et literas adtulerunt sed tuae uenerationi qui in eius locum es diuinitus constitutus humilitas nostra rescribere et ea breuiter insinuare debemus quae utrorumque concordia terminata sunt non ea quae prolixis gestorum uoluminibus continentur in quibus quidem salua caritate non tamen sine paruo al[i]tercationis {altercationis *corr.*} labore demorati sumus ea gestis delibantes {*sic*} quae nunc ad causam pertinent quamquam et ille si adhuc esset in corpore hoc acciperet gratius quod uideret pacatius terminatum domin[a]e {domine *corr.*} frater appyarius praesbyter de cuius et ordinatione et excommonicatione fuerat [f. 45v] exortum non s[a]lum {solum *corr.*} sieensis {sicensis *corr.*} uerum etiam totius affricanae ecclesiae non leue scandalum de omnibus erratis suis ueniam petens communioni est restitutus prior autem

[59] CCXUIII] *corr. from* CCXUII *?*
[60] ex] *preceded by erasure (one character)*

coepiscopus noster siccensis urbanus quod in eo corrigendum uisum est sine ullo dubitatione correxit quia uero paci et quieti ecclesiae non tantum ad praesens sed etiam in posterum prospiciendum fuit quoniam talia multa praecesserant ut uel similia uel etiam grauiora deinceps praecari {praecaueri *corr.*} oporteret placuit ut de siccensis ecclesia retento scilicet honore gradus sui praesbyter remoueretur appiarius et accepto epistolio ubicumque alibi uellet et posset praesbyteri munere fungeretur quod eidem ipsi per litteras proprias postulanti concessimus sine dificultate sane priusquam haec causa isto termino clauderetur inter alia quae diuturnis disceptationibus uersabamus quia ratio ipsa poscebat ut aput acta ecclesiastica fratribus nostris faustino episcopo phillippo atque assello praesbyteros {praesbyteris *corr.*} quaereremus ut promerent quidquid eis nobiscum agendum fuisset iniunctum nonnulla quidem sine ullo scripto prosecuti sunt uerbis sed cum haec potius flagitaremus quod in litteris ferrent commonitorium protulerunt quod recitatum [f. 46r] est nobis etiam gestis quae secum ad uos deferunt est adlegatum in quo eis quattuor quaedam nobiscum gerenda mandata sunt

**I** Unum de appellationiobus {appellationibus *corr.*} episcoporum ad romanæ ecclesiae sacerdotem

**II** Alterum ne ad comitatum inportune episcopi nauigent

**III** De tractandis episcoporum praesbyterorum et diaconorum causis aput finitimos episcopus si a suis excommunicati perperam fuerint

**IIII** Quantum de urbano episcopo excommonicando uel etiam romae uocando nisi ea quae uidebantur corrigenda corregeret quorum omnium de primo et tertio id est ut romam liceat episcopo prouocare et clericorum causae aput suarum prouinciarum episcopos finiantur iam priori anno etiam nos litteris nostris ad eundem uenerabilis memoria {memoriae *corr.*} episcopo {episcopum *corr.*} zosimum {zozimum *corr.*} datis insinuare curauimus ut ea seruare sine ulla eius iniuria paulisper sineret usque ad inquisitionem statorum {statutorum *corr.*} niceni concilii et nunc de tua poscimus sanctitate ut quemadmodum ea aput niceam a patribus acta sunt uel constituta sic ea nobis omnibus facias custodiri et ibi aput uos ista quae in commonitorio adtulerunt facias exerciri id est ut episcopus si accussatus fuerit et iudicauerint congregati episcopi re[li]gionis {regionis *corr.*} ipsius et de gradu suo deiecerunt eum et appellasse uideatur et confugerit ad beatissimum romanae ecclesiae episcopum et uoluerit audiri [f. 46v] et iustum

putauerit ut renouetur examen scribere hiis episcopiscopis {episcopis *corr.*} dignetur qui in finitima et propinqua prouincia sunt ut ipsi diligenter omnia requirant et iuxta fidem ueritatis definiant quod si is qui rogat causam suam iterum audiri depraecatione sua mouerit episcopum romanum ut a latere suo praesbyterum mittat erit in potestate episcopi quid uellit et quid aestimet et si decreuerit mittendus esse qui praesentes cum episcopis iudicent habentes auctoritatem eius a quo distinati sunt erit in suo arbitrio sibi {si *corr.*} uero crediderit sufficere episcopos negotio ut terminum inponant faciet quod sapientissimo suo concilio iudicauerit

Item de praesbyteris et diaconis si episcopus quis iracundus quod esse non debet cito aut aspere commoueatur aduersus praesbyterum siue diconum {diaconum *corr.*} suum et exterminare eum de ecclesia uoluerit prouidendum est ne innocens damnetur aut perdat communionem habeat potestatem iectus ut finitimos interpellet ut causa eius audiatur[61] et diligentius tractetur quia non oportet ei negare audientia roganti et ille episcopus qui aut iuste aut iniuste reiecit patienter accipiat ut negotium discutiatur ut aut probetur eius aut emendetur sententia haec itaque usque ad aduentum uerissimorum expemplariorum {exemplariorum *corr.*} niceni concilii inser[f. 47r]ta gesti sunt quae si ibi quemadmodum constituta sunt ut quemadmodum ipsud quod {ad *add. sup. lin.*} nos fratres ex apostolica sede directium alligauerunt et commonitorio continentur eo ordine uel apud uos in italia custodirentur nos nullomodo talia qualia commorare {*sic*} iam nolumus uel tollerare cogiremur uel intollerabilia patieremur {*sic*} nam et credimus adiuuante misericordia domini dei nostri quod tua sanctitate romanae ecclesiae praesendente {praesedente *corr.*} non erimus iam istum tyfum passuri sed seruabuntur erga nos quae nobis etiam non deserentibus custodiri in omnibus debeant cum fraterna caritate secundum sapientiam atque iustitiam quam tibi donauit altissimus etiam ipse praespicis esse seruanda nisi forte aliter se[d] {se *corr.*} habeant canones niceni concilii quamuis enim plurimos codices legeremus sed nusquam in niceno concilio in latinis codicibus legemus quemadmodum in supra dicto commonitorio quae inde a uobis directa sunt tamen quia hic in nullo codice greco ea potuimus inuenire ex orientalibus ecclesis ubi perhibentur eadem decreta posse etiam authentica repperiri magis nobis desideramus adferri pro qua re tuam quoque uenerationem obsecramus ut scribere etiam ipse digneris ad illarum partium sacerdotes hoc est ecclesiæ constantinopolitanae et anthocenae {*sic*} et alexandrinae et aliis etiam si tuae placuerit sanctitate ut inde ad nos eosdem canones [f. 47v]

---

[61] audiatur] *corr. from* audia *?*

qui a patribus aput niceam ciuitatem constitutos ueniante {ueniant *corr.*} pot[***u]ssimum {potissimum *corr.*} hoc beneficium cunctis occidentalibus ecclesis cum domini adiutorio conferente quis enim dubitet exemplaria esse uerissima in grecia concilii niceni synodi congregati quae de tam diuersis {locis *add. sup. lin.*} et nobilibus grecis ecclesiis allata et conparata concordant quod donec fiat haec quae in commonitorio supra dicta nobis alligata sunt de appellatione episcoporum ad romana {romanæ *corr.*} ecclesiae sacerdotem et de clericorum causis apud suarum prouinciarum episcopus terminandis nos usque ad probationem seruaturos esse profitemur et beatitudinem tuam ad hoc nos adiuratum {adiuratam *corr.*} in dei uolu[t]ntate {uoluntate *corr.*} confidimus cetera uero quae in nostra synodo gesta uel firmata sunt quoniam supra dicti fratres nostri faustinus episcopus philippus et assellus praesbyteri secum fecerunt {ferunt *corr.*} si dignatus fueris tuae nota facient sanctitate

et suscribserunt {subscribserunt *corr.*} talia manu

DEUS noster te nobis annis plurimis custodiat beatissimae {beatissime *corr.*}[62] frater alypius quoque agustinus possidius marianus et ceteri suscrib[b]serunt {suscribserunt *corr.*}

**explicit epistala** {**epist**[**o**]**la** *corr.*} **ad bonifatium urbis romæ episcopum data**

**Incipit epistola attici episcopi ecclesiae constantinopolitani ad bonifatium** [f. 48r] **urbis ramae** {**r**[**o**]**mae** *corr.*} **episcopum**

Data cum exemplaris niceni concylii de greco in [b]atinum {latinum *corr.*} translatis a beatissimis cyrillo et attico episcopis alexandrinae et constantinopolitanae ecclesiae et directis per innocentium praesbyterum et marcellum subdiaconum ecclesiae kartaginensis ut superius rectatum {recitatum *corr.*} est fides niceni concylii cum titulis XX epistula uero ita continetur atticus episcopus ecclesiae constantinopolitanae sancto fratri bonifatio urbis romae episcopo salutem edidi cannones {*sic*} sanctorum patrum olografa manu suscriptos a me amen greca elimenta litterarum numerus etiam exprimere nullus qui tenuiter uel greci sermon[e]s {sermonis *corr.*} notitiam habet ignorat ne igitur in faciendis epistolis canonicis quas mos latinus formatas

[62] Scratched correction.

apellat aliqua fraus falsitatis tenere {temere *corr.*} praesumeretur hoc a patribus CCCXUIII niceam congregatis saluberrime inuentum est et constitutum ut formatae epistolae hanc calculationis seu supputationis habeant rationem id est adsumatur in supputationem prima greca elementa patris et filii et spiritus sancti id est UOCA {ΠOCA *corr.*}[63] quae elementa octogenarium septuagensimum ducentissimum et primum significant numerus quoque petri apostoli prima littera [f. 48v] id est [n] {Π *corr.*} qui numerus octaginta significat eius qui scribsit episcopi prima littera cui scribtur {scribitur *corr.*} secunda accipientis tertia littera ciuitatis quoque de qua scrbitur {scribitur *corr.*} quarta et indictionis quaecumque est id temporis idem qui fuerit numerus adsumatur atque ita hiis omnibus grecis litteris quae ut diximus numerus exprimunt in um {unum *corr.*} ductis unamque cum collecta fuerit summam epistolam teneant qui accipit hanc omni cum cautella requirat expraessum addat XCUIIII . CIE[64] praeterea separatim in epistola etiam nonagenarium et nonum numerum qui secundum greca elimenta significant amen I . XLUIII . L[65]

Nam numerus noster non detenetur in epistola grecus sed latinus explanatur quem directa unianimiter cum episcopo osio et uictorino et uincentio praesbyteri ad episcopum urbis romae siluestrium per nomen eorum seruantes gremium direximus sedi apostolicae

explicit

**i[nci]pit epistola sancti aureli episcopi ad sanctum caelestinum episcopum urbis romae de aduentu appiari**

Domino dilectissimo et honorabili fratri caelestino aurelius palatinus antonius totus seruus dei terentius fortunatus martinus ianuarius optatus celticus donatus theassius uincentius fortunatus {fortunatianus *corr.*} {et ceteri *add. in mg.*} qui in uniuersali affricano concylio [f. 49r] kartaginis adsumus salutem optaremus si quemadmodum sanctitas tua de aduentu appiari laetatos uos fuisse misis per conpraesbyterum nostrum leonem litteris intimauit ita nos quoque de eius purgatione haec scribta cum lætitia mitteremus esset pro[t]ecto {profecto *corr.*} et nostra et

---

[63] ΠOCA] *read* πυπα *(= 80 + 400 + 80 + 1)*
[64] CIE] *read* ϘΘ *(koppa theta = 99)*
[65] I . XLUIII . L] *read* I . XL . VIII . L *(i.e.* AMHN*)*

uestra modo alacritas certior nec praepropera uidetur {uideretur *corr.*} quae adhuc de audiendo quam de audito praecesserat aduenientes {aduenientes *corr.*} sane ad nos sancto fratre. et coepiscopo nostro faustino concylium congregauimus et credidimus de eo cum illo missum quoniam sicut per eius opera praesbyterio antea redditus fuerat ita nunc posset de tantis criminibus a thabracenis obiectis eo laborante purgari cuius tanta acta uel inmania flagitia decursum nostri concylii examen inuenit ut et memorati patrocinium potius quam iudicium ac defensoris magis opera quam disceptatoris iustitia superarent nam primum quantum obstiterit omni congregationi diuersas iniur[g]ias {iniurias *corr.*} ingerendo quasi ecclesiae romanae adserens priuilegia et uolens eum a nobis in communionem suscipi quem tua sanctitas crediderit {credens *corr.*} appellasse quod probare non potuit communione reddiderat quod minime tamen licuit quod etiam gestorum melius lectioni cognosces triduano tamen laboriosissimo agitato iudicio cum diuersa eidem obiecta adflictissimi quaereremus uel moras [f. 49v] coepiscopi nostri faustini uel tergiuersationis ipsius appiari quibus nefandas turpitudines occulere conabatur deus iudex iustus fortis et longanimis magno conpendio reseccauit tetriore quippe ac putidiore obstinatione conpraesso qua tamtum {tantum *corr.*} libidinum caenum inpudentia negationis uolebat obruere deo nostro eius conscientia choartante et occulta quae in illius corde tamquam in uolutabro criminum iam damnabat etiam hominibus puplicante repente in confesionem cunctorum obiectorum flagitiorum quae dolosus negator erupit et tamdem {tandem *corr.*} de omnibus incredibilibus obpropriis ultroneus seipse conuicit adque ipsam quoque nostram spem qua eum et credebamus et obtabamus de tam pudendis maculis posse purgari conuertit in gemitum nisi quoniam ipsam nostram mestitiam uno tantum solacia mitigauit quod et nos ex labore diuturnioris questionionis {*sic*} absoluit et suis uulneribus qualemcumque meldellam {medellam *corr.*} et licet inuitus suae conscię ac reluctante confessione prodidit domine frater praefato itaque dibitae {debitae *corr.*} salutationis officio inpendio depraecamur ut deinceps ad uestras aures hinc uenientes non facilius admittatis nec a nobis excommonicatos in communionem ultra uellitis excipere quia hoc etiam niceno concilio [f. 50r] definitum facile aduertat uenerabilitas tua nam etsi de inferioribus clericis uel de laicis uidetur ibi praecaueri quanto magis hoc de episcopis uoluit obseruare ne in sua prouincia a communione suspensi a tua sanctitate praepropere {uel indebite *add. in mg.*} uideantur communioni restitui praesbyterorum quoque et sequentum {sequentium *corr.*} clericorum inproba refugia sicut te dignum est reppellat sanctitas tua qui et in nulla patrum difinitione hoc ecclesia derogatum est affricanae et

decreta nicena siue inferiores grados {inferioris gradus *corr.*}[66] clericos siue ipsos episcopos suis metropolitanis apertissime commiserunt prudentissime iustissimeque uiderunt quaecumque negotio in suis locis ubi horta fuerint finienda nec unicuique prouidentiae gratiam sancti spiritu {spiritus *corr.*} defuturam quae aequitas a christi saeerdotibus {sa[c]erdotibus *corr.*} et prudenter uideatur et constantissime teneatur maximae quia unicuique concessum est et si iudicio offensus fuerit cognitorum ad concilia suae prouinciae uel etiam uniuersale prouocare[67] nisi forte quisquam est qui credat unicuilibet posse deum nostrum examinis inspirare iustitiam et innumerabilibus congregatis in concylium sacerdotibus denegare aut quomodo ipsum transmarinum iudicium ratum erit ad quod testium necessariæ personae uel [f. 50v] propter sexus uel propter senectutis infirmitatem uel multis aliis intercurrentibus inpedimentis adduci non poterunt nam ut aliqui tamquam a tuae sanctitatis latere mittatur in nullo inuenimus patrum synodo constitutum quia illut quod pridem per eundem coepiscopum nostrum faustinum tamquam ex parte niceni concilii exinde transmisistis in concilis uerioribus qui dicuntur et accipiuntur niceni a sancto cyrillo coepiscopo nostro alexandrinae antestite ecclesiae et a uenerabile consacerdote nostro attico constantinopolitano misis quae et tam ante hoc per innocentium praesbyterum qer {per *corr.*} quem directi sunt et per marcellum subdiaconum nostrum uenerabilis memoriae bonifatio episcopo decessori uestro a nobis transmissa sunt in quibus tale aliquid non potuimus repperire exsecutores etiam clericos quibusque petentibus nolite mittere nolite conce[r]dere {concedere *corr.*} ne furiosum tyfum saeculi in aecclesia christi quae lucem simplicitatis et humilitatis diem deum uidere cupientibus praefert[68] uideamur inducere nam de fratre nostro faustino amodo iam suis nefandis nequitis de christi ecclesia a semetipso separatus dolendo apiario securi sumus quod eum prouitae ac moderatione tuae sanctitatis salua fraterna caritate [f. 51r] ulte {ulterius *corr.*} affrica minime patiatur et alia manu deus noster sanctitatem tuam aeuo longiori orantem pro nobis custodiat domine frater

**incipiunt tituli canonum calcidonentium** {*sic*}

**I** DE hiis qui praemio ordines adipiscuntur

[66] Scratched correction.
[67] prouocare] *corr. from* prouocarem *?*
[68] praefert] *corr. from* praef[**]t *?*

**II** De accussatores episcoporum

**III** Ut clerici conductores non sint

**IIII** De hiis qui uitam solitariam sectantur et quod honore fungatur

**U** Ut nullus clericus de ecclesia sua transeat

**UI** Nullo absoluto liceat ordinare

**UII** De hiis qui profitentur se clerici esse uel monachi

**UIII** De dispensatoribus ecclesiae

**UIIII** De causis clericorum

**X** Ut nulli clericorum liceat de ecclesia sua discerdere {discedere *corr.*}

**XI** Non temere dandis epistolis synodiciis

**XII** Ut in una prouincia unum debere esse et metropolitanum episcopum

**XIII** Ut nulli clericorum liceat in alterius ciuitate ministrare

**XIIII** Ut nullus clericus uxorem hereticam uel paganam accipiat

**XU** Quod {*sic*} annorum uelari debeant diaconisas

**XUI** De uirginibus et monachis

**XUII** De parrocias rusticas

**XUIII** De coniuratis

**XUIIII** Ut secundo in anno concilia fiant [f. 51v]

**XX** De non suscipiendis alterius ecclesiae clericis et de susceptoribus eorum

**XXI** De accussatores episcoporum

**XXII** Ut nullus clericus aliena diripiat

**XXIII** De clericis et monachis excommonicatis

**XXIIII** De sacrata monasterium

**XXU** De ordinandis episcopis et de reditus æcclesiarum

**XXUI** De dispensatores æcclesiarum

**XXUII** De corruptores mulierum

**expliciunt tituli**

**incipiunt statuta**

Quingensimo anno sub imperatore pissimo marciano constituta quae per singulas synodus a sanctis patribus constituta sunt actenus habere firmitatem censuerunt dicentes

**de hiis qui praemio ordines adepiscuntur**

**I** SI quis episcopus ordinationem per pecuniam fecerit et uendiderit rem quae nisi per gratiam dei non adquiritur et sub pecunia ordinauerit episcopos aut praesbyteros uel diaconus uel eorum quemquam qui in numero clericorum continentur aut accepta pecunia fecerit economum uel defensorem aut ostiarium uel quemcumque huiusquemodi pro turpitudine lucri qui hoc fecisse probatur sui gradus periculum sustinebit sed et [h]is {is *corr.*} qui [f. 52r] ordinatur nihil ex ordinatione quae per negotiationem processit utilitatis adquirat sed fiat dignitatis uel rei quae ipsi pro pecunia commissa est alienus si quis autem in his tam turpibus et nefaris lucris medius interfuisse uidetur et is quidem si clericus fuerit degradetur si uero laicus aut monachus anathematizetur

**de accussatoribus episcoporum clericorum**

**II** CLEricos uel laicos uolentes episcopos uel clericos accussare non indebitae nec quodcumque accussandum suscipi debere nisi prius eorum oppinio[69] fuerit discussa

**ut clerici conductores non sint**

**III** PEruenit ad sanctum sinodum quoniam quidam clericorum propter lucri turpitudinem alienarum possessionum conductores efficiantur {efficiuntur *corr.*} et causis saecularibus tractantibus ministeria dei neglegent et saecularium domos discurrentes et patrimoniorum curas propter auaritiam suscipientes igitur sancta et magna synodus constituit nullum deinceps neque episcopum neque clericum neque monachum conducti titulo possessiones habere liceat nec causarum saecularium posse ordinationibus commiscerii {*sic*} nisi forte uocetur aliquis secundum leges ad minoris ætatis tutellam quae excussare non licet [f. 52v] aut ciuitatis episcopus ecclesiasticarum rerum curam clerico uoluerit committere aut orfanorum uel uiduarum quae propria prouidentia carent uel personarum talium quae auxilium ecclesiasticum postulant propter timorem dei si quis autem ea quae constituta sunt deinceps uiolare temptauerit ecclesiasticae damnationi subiaceat

**qui uitam solitariam sectantur quo honore fungantur**

**IIII** Quoniam uero quidam sub protextu {*sic*} habitus monachilis ecclesias et conuentus et res communes disturbant ciuitates indiscrete circumeuntes necnon et monasteria sibi constituere studentes placuit et nulli eorum usquam aedificare liceat neque monasterium constituere neque oratorium absque ciuitatis episcopi uoluntate monachu[*] {monachi *corr.*} uero qui sunt per singulos ciuitates et per prouincias episcopis subditos esse censemus et quietem dilegere et ieiunis esse contentos et orationibus in illis locis obseruare in quibus saeculo renuntiase uidentur nequaquam autem ecclesiasticis uel saecularibus rebus communicare nec inportunitatem inferre deser[i]tis {desertis *corr.*} propris monasteriis nisi forte quaesiti fuerint propter causam

---

[69] oppinio] *corr. from* oppinio[n*] *?*

necessariam ab episcopo ciuitatis sane placuit [f. 53r] ut nullus seruum suscipiant in suis monasteris ut {ad *corr.*} monachum faciendum sine propri domini uoluntate qui uero hoc constitutum excesserit a commonione eum suspendi decernimus ne nomen dei blasphemetur ciuitatis autem episcopum oportet conpetentem praestare prouidentiam cunctis monasteriis

**de episcopis uel clericis qui se de ciuitate ad alia transferunt**

**U** PLAcuit ut canones qui a sanctis patribus constituti sunt de hiis ipsis suam habeant firmitatem

**UI** Nullum absolute liceat ordinari neque praespiterum neque diaconum neque penitus quemquam de hiis qui sunt in ecclesiastico ordine nisi specialiter ecclesiae ciuitates {ciuitatis *corr.*} aut possessioni aut martyri aut monasterii qui ordinandus est pronuntietur qui uero absolutę ordinantur decreuit sancta synodus irritam esse huiusquemodi manus inpossitionem et nusquam posse ministrare ad ordinandis {ordinantis *corr.*}[70] iniuriam

**UII** De professis clericis uel monachis qui semel sunt in clero ordinati aut monachi facti constituimus ut neque ad militiam neque ad dignitatem saecularem uenire si uero hoc adripuerint et non penitentes ad hoc reuertantur [f. 53v] quod propter deum prius elegerunt anathematizentur

**de dispensatoribus**

**UIII** Clerici qui praeficiuntur dispensatione pauperum uel monasteriorum et bassallicis martyrum sub episcoporum qui in unaquaque ciuitate sunt saecundum sanctorum patrum traditionis potestate permane[a]nt {permanent *corr.*} ne per suam temeritatem episcopi sui moderationem declinent qui autem huiusmodi dispossitionem quolibet modo subuertere ausi

[70] Scratched correction.

fuerint et episcopo suo non dederint consueta si quidem clerici fuerint canonicae damnationi subiaceant si autem monachi aut laici fuerint a commonione cessent

**UIIII** Si quis clericus cum clerico causam habeat placuit ut episcopum suum non deserant et ad iudicia saecularia currant ad {sed *corr.*} prius ut dictum est apud episcopum suum examinent causam aut certe cum uoluntate ipsius episcopi causa uentiletur apud quos partes utrasque uoluerint si quis autem contra haec uenire temptauerit canonicis interdictis subiacebit si uero clericus quis habeat causam cum extraneo episcopo uel cum suo apud sinodum prouinciae iudicetur si autem episcopus aut clericus disceptationem habeat cum metropolitano episcopo ad primam sedem recurrant aut ad sedem [f. 54r] constantinopolitanam et ibi causam difiniant

**X** Ut nullus clericus in duabus ministret ciuitatum ecclesiis debet utique militare in qua primo ordinatus quis est et non ad quam quasi maiorem per uanae gloriae desiderium confugit eos uero qui hoc temptauerint ecclesiae propriae restituendos esse in qua primo ordinati sunt et ibi tantum ministrare si qui tamen iam ex alia in aliam ecclesiam translatus est in nullis causis prioris ecclesiae uel ad ipsam pertinentibus martyris uel synodicis uel pauperum rebus habeat facultatem tractandi eos uero qui ausi fuerint post hec constitutum magni et uniuersalis istius synodi aliquid contrarium agere in hiis quae nuper sancta synodus interdixit proprium amittant gradum

**non temere dandis epistolis sinodicis**

**XI** Omnes pauperes et reuera agente solacis oportet pacificis ecclesiasticis tantum litteris prosequi et non synodiciis quoniam synodicias litteras hiis tantum dari conuenit qui bone esse opinionis uidentur

**ut in una prouincia unum debere esse metropolitanum episcopum**

**XII** Peruenit ad nos quoniam quidam contra ecclesiastica statuta se potestatibus conferentes per pragmat[*]cum {pragmaticum *corr.*} unam prouinciam diuiserunt in duo ac per hoc duo in una prouincia sunt metropolitani episcopi [f. 54v]

Igitur nunc constituit magna synodus nihil tale deinceps temptari ab episcopis et qui aliquid huiusmodi adripuerint proprium amittant gradum quaecumque uero ciuitates per sacras litteras nomine metropolitano funguntur ipse solae honorem consequantur et is qui huic ecclesiae praeest episcopus utique proprio iure quod reuera conuenit et metropolitanae ciuitati

**ut in aliena ciuitate clerici non ministrent**

**XIIII** {*sic*} Peregrinos clericos et lectores in aliena ciuitate sine synodiciis litteris episcopi sui penitus nusquam ministre {ministrare *corr.*} debere

**ut nullus clericus hereticam uel paganum ducat uxorem**

**XU** Quoniam in quibusdam prouincis lectores et saltes nubere permittantur constituit sancta synodus non licere quemquam ulterius hereticam mulierem accipere eos uero qui iam ex tali matrimonio filios procrearunt et si quem {quidem *corr.*} filios suos aput hereticos baptizauerunt postmodum uero posse eos in catholica communione percipere si autem non sunt baptizati iam non debere eos aput hereticos baptizari nec {ad *add. sup. lin.*} coniugium cum heretico coniungi neque cum iudeo neque cum pagano nisi forte se transferre ad fidem ortodoxam promiserint personae quae [f. 55r] coniungenda sunt cum ortodoxis si quis autem huius sanctae synodi constitutum uiolare temptauerit canonum dampnationi subiaciat

**quot annorum ordinari debeant diaconisae**[71]

---

[71] diaconisae] diaco *with macron over* c

**XUI** Placuit non eas ordinari ante annum quadragensimum et hoc cum diligenti probatione si uero accepta ordinatione et certo tempore ministerio obseruans nuptis se tradiderit ad iniuriam dei gratiae huiusmodi mulier anathematizetur cum eo qui illi coniungitur

**de uirginibus et monachis**

**XUII** NEc eam qui se domino deo uirginem deuouit eodem modo nec monachis nubere licebit si uero hoc facere uoluerint a commonione suspendantur confitentibus autem decreuimus ut habeat auctoritatem eiusdem loci episcopus misericordiam humanitatemque largiri

**de rusticas parrocias**

**XUIII** Rusticas parrocias quae sunt in singulis prouinciis inconuulsas manere constituimus aput episcopus qui detenere eas uidentur maximae si eas annis XXX ditenentes inuiolaę {inuiolatę *corr.*} dispensauerunt si uero intra XXX annis facta est aut fiat de illis quaesitio his licere quaestionem mouere apud synodum suae prouinciae qui uim per[**]tulisse {pertulisse *corr.*} adserunt [f. 55v]

Si quis autem a metropolitano suo episcopo male tractetur aput primam sedem prouinciae suae uel aput constantinopolitanam causam dicat sicut superius conpraehensum est si qua uero potestate imperiali ciuitas noua constituta est aut certe constituatur ciuilibus et puplicis formulis etiam ecclesiasticarum parrociarum ordo celebretur

**de coniuratis**

**XUIIII** COniurationis uel conspirationis crimen aput extrinsecas leges penitus amputari solere multo magis in ecclesia dei hoc ne fiat prohiberi oportet igitur si clerici aut monachi inuenti fuerint coniurati aut per coniurationem calumniam facientes episcopis uel quibuslibet clericis proprium amittunt gradum

**ut secundo in anno concilia fiant**

**XX** PEruenit ad aures nostras quoniam in quibusdam prouinciis non fiunt episcoporum synodii saecundum canonum constituta et ex hoc multa rerum ecclesiasticarum quae corripienda sunt uel concorrigenda neglegi sancta igitur synodus constituit ut saecundum canones patrum aput niceam bithiniæ constitutus bis in anno in id ipsum episcopos per singulas prouincias conuenire ubi metropolitanus episcopus constituerit et omna {omnia *corr.*} quaecumque emerserint corrigere episcopi uero qui non conuenerint et in propris possiti ciuitatibus [f. 56r] et non profecti sed absentes maximae subpeditante salute et a necessariis et excussabilibus occupationibus liberi fraternitatis intuitu corripiantur

**de non suscipiendos alterius ecclesiae clericos et de susceptoribus eorum**

**XXI** CLEricos in ecclesia militantes sicut iam constitutum est non licere in alterius ciuitatis ecclesia militare sed illa esse contentus in qua in principio ministrare meruerunt extra eos qui amisa patria ad aliam ecclesiam pro necessetate {*sic*} uenerunt qui uero episcoporum post hoc constitutum alterius ecclesiae clericum suscip[a]rit {susciperit *corr.*} placuit a commonione suspendi et eum qui suscipit et qui susceptus est quousque clericum qui translatus est fecerit ad suam reuerti ecclesiam

**de accussatoribus episcoporum**

**XXII** CLEricos uel laicos qui episcopos accussant siue quoslibet clericos omnino si[u]e {sine *corr.*} iudicio eos non suscipiet nisi prius eorum estimatio fuerit diligentius examinata

**ut nullus clericus aliena deripiat**

**XXIII** Clericis non licere post mortem episcopi sui deripere ea quae illi conpetere possunt sicut et anterioribus canonibus cautum est alioquin eos de gradibus suis posse periclitari

**de clericis ac monachis excommonicatis** [f. 56v]

**XXIIII** Peruenit ad aures sanctae synodi quoniam quidam clerici et monachi quibus nec aliquid ab episcopo suo commissum est interdum etiam ab ipsius commonione suspensi ad constantinopolitanum {constantinopolitanam *corr.*} ciuitatem pergunt et ibidem diu remorantes ecclesiasticam disciplinam distur[p]ant {disturbant *corr.*} quorundam autem etiam domus subuertunt sancta ergo constituit synodus prius quidem huiu[*]modi {huiusmodi *corr.*} homines per sanctae ecclesiae constantinopolitanae defensorem admonere ut a ciuitate discedat {discedant *corr.*} uerum si inter negotia et interpudentiam fuerint remorati eos etiam inuitos per eundem defensorem iactaret ad loca propria reuocari

**de sacrata monasteria**

**XXU** Quae deo semel sacrata sint monasteria secundum episcoporum consensum oportet in perpetuum monasteria nunupari {nuncupari *corr.*} et eorum res monasteriis reseruari et non debere ulterius cænacula saeculiaria {*sic*} fieri si qui uero hoc fieri permisserit canonicis interdictis subiaciat

**de ordinandis æpiscopis et de reditis ecclesiarum**

**XXUI** Quoniam metropolitanorum quidam sicut cognouimus commissos sibi neglegunt greges et ordinationes episcoporum fieri differunt placuit sanctae synodo intra tres [f. 57r] menses episcoporum ordinationes fieri et nisi forte necessitas inexcussabilis dilationis tempus protrahi coegerit alioquin eos poenae ecclesiasticae subiacere ecclesiae uero reditus uiduatae aput economum ipsius aecclesiae integros conseruari conuenit

**de dispensatoribus ecclesiae**

**XXUII** QUoniam in quibusdam ecclesis repperimus sine economiis[72] res ecclesiasticas tractant episcopi placuit omnino ut omnis ecclesia habens episcpum {*sic*} etiam eoconomium habere de proprio clero qui res ecclesiascas {*sic*} dispenset cum consensu episcopi sui ne cum dispensatione testimonio fuerit res ecclesiasticae dispersae sint ad contumiliam pontificis inrogandam si uero hoc non fecerint reos eos sanctis subiacere canonibus

**de corruptoribus mulierum**

**XXUIII** Eos uero qui mulieres diripiunt hospitalitatis solacii nomine aut illos qui conhibire {conhibere *corr.*} aut consensum rapientibus praebere uidentur sancta constituit synodus ut si quidem clerici fuerint proprium amittant gradum si uero laici anathemazati {*sic*} et suscripserunt paschasius episcopus statui et suscripsi luculensis episcopus statui et suscripsi bonifatius praesbyter legatus sanctae ecclesiae romanae statui et suscripsi et ceteri episcopi infra scripti[73] [f. 57v]

Anatholius heleuterius
iulianus thodorus
zalasius fotius
esebius basilius
lucianus iohannis
diugenes cirus
constantinopolitanus constantius
legatus callinicus
a cessariæ capodociæ patricius
acyrinensis stefanus
bizae eracliensis cecropius
metropolitanus cizice claudiopolitanus
galogerus metropolitanus amasie
seleucus syria
meltius sardensis
florentius ioconiae

---

[72] economiis] *corr. from* oeconomiis *?*
[73] There is no break in the text between the end of this canon and the beginning of the subscription list (at *et suscripserunt*).

onesiforus antiochiæ pissidiæ
pergamus nicaenus
anastassius sinadensis
marinianus bostrensis
constantius afrodisiadae
petromanus {*sic*} mirensium
romanus nicomediae
eunomius afrodisienus
francia gangrensis
petrus calcidoniae
laodiciae quiriacus
tyri acyla
seuci metropolitanus daniel
sebastiae fonteianus
anazarbi helias
meliti insule policarpus
pamene leucius
tinensis amachis
ieropolitana andreas
sebastiopolitanus posinuntanus
theoctiscus bize arcadiopolitanus
lucianus dionensis
trifon thabiae
iulianus sydensis
amphilocius edisse
libas ariathiae
acacius sinoensis
anthiocus fasiliensis liciae
fronto prouinciae
philippus balburensis
patricius acassitanae lyciæ
gemellos stratoniciae
stefanus poemaniensis {poemaniensi *corr.*}
consensius irocessariae
eulalius phioniensis
hermias abide clesponti[74] [f. 58r]
trocnadensis romanus
eudoxiadae musonius
chaldensis acacius
sallagasiensis tatticus
blandi menecrates
aliensis helias
irensis eustochius
seggensis dorilensis
auallensis landinopolitanus

---

[74] clesponti] *uel forsan* olesponti *?*

eusebius athaliae
alchimedisi achaiae
dionidisius sozopolitanus {sozupolitanus *corr.*}
andreas flomeliensis
olimpius sebastenus
aulus diocliae
modestus brabilensis
eufrandis fibliae
iohannis thermensis
eulalius erachliae {eracliae *corr.*}
helpdius paniados
theodorus phorfireonensis
olyppius anoriensis
thomas orcisti
mysterius theodopolitanus
longinos acarasseon
manesses bubensis
nicolaus nisiae
ariaratiae theodoritus
zelonensis florentius
cyras nepholemus
blandi eulandrensis
docimensis lyggiadensis
mirus eucarpiae
philippus ieropolitanus
quiriacus laodiciae
abircius bassilinopolitanus
mersalinus tii
eroncius kadonensis
apragmonius timenuntii
daniel theosiopolitanus
mathias hadrianiae
thoman thelmeson
dauid iuliopolitanus
zondotus nacoliae
meliphtongus lampsaci
basilius amistridos
danihel mili
themistricis ionopolitanus
alphius salagassene
renus karasseon
fontianus stratonicae
nicolaus amazonis
eupitius alauandon
iohannis andrianopolitanus [f. 58v]
cormonopolitanus lystron

paulus canoniensis
plutarcus ydesienus
eugenius larandanienus
rufinus throados
acholius tripolitanus
plonius corepiscopus
iohannis ocyrensis
rusticianus pipnensis
bassilius medalu
iacobus aurocessis
ephifanius haecmoniensis
acilius aenuensis
gennadius potaron
acarius caralitanus
cyrinus cotonuensis
marcianus caracesis
eugenius cirritanus
obrimus germaniciae
theodoritus emissae
iohannis eliopolitanus
uranius rosuensis
damianus paneades
iulianus claudiopolitanus
olympius tirrannus
theodorus paulus
derfensis rufinus
subdianus pentapolitanus
patricius chefrenus
philippus martiopolitanus
indimus enzitinensis
saba laudicenis fortinices
theodorus corepiscopus
noches philadelfiae
zebonnus adreonensis
mara gentos canotasenus
ualens philippolitanus
paternos flauiados
eulogius zeumatenus
proculus cyrcensis
theodosius alchidensis
hormisda balensis
iohannis euleucubilo
euolcius marianensis
ambramius eothicianus
romulus marcus
thimotheus iohannis

eusebius bassilianus {bassianus *corr.*}
paulus aretusa
germanico carroniensis
neocessariae ephifaniensis
adanae aretussae
irænopolitanus caroniensis
palti corepiscopus
corepiscopus [f. 59r]

**expliciunt canones calcidonenses**

**incipiunt tituli canonum constantinopolitanum**

Hi canones exposti {*sic*} sunt ab episcopis CL congregati in unum constantinopoli quando ordinatus est beatus nectarius episcopus

**I** Ut permaneant quae in nicea sunt legitime et immobiliter constituta

**II** De anathemate arrianorum eonomiorum macedonianorum sabelli fo[n]tini {fotini *corr.*} marcellini et appollinarius

De singulis parrociis ordinandis et de primatu episcoporum metropolinatorum {metropolitanorum *corr.*}

De maximi indisposita ordinatione

De primatu ecclesiae constantinopolitanae

Hii kanones prolati sunt ab episcopis centum quinquaginta congregati in unum constantinopoli quos inclitae recordationis theodosius imperator pater archadi et honori principum conuocauit quando beatus nectarius constantinopolitanæ ecclesiæ damnato maximo sortitus est pontificatus officium

**I** Non transgredi fidem sanctorum patrum CCCXUIII qui in nicea bithiniae conuenerunt sed permaner {permanere *corr.*} eam firmam et dominam censemus

**II** Anathema esse omnem heresem id est eunomianorum arrianorum ma[r]cedonianorum {macedonianorum *corr.*} et semiarriarum {semiarrianorum *corr.*} spiritu sancto aduersi [f. 59v] et sabellianorum et marcellianorum fonitianorum et apollianariatorum {apollinariatorum *corr.*}

**III** Quae debeantur aegipto anthiociae et constantinopolim ut extra terminos non ingredire alienos neque confussionem facere ecclesiis sed secundum kanones obseruare ut alexandrinum quidem episcopum quae in aegypto sunt gubenare {*sic*} et orientales episcopos orientem solum gubernare seruatis quae in nicenis canonibus primatus anthiocenae ecclesiae et assiae gubernationes episcopos quae per assiam sunt parrocias solum gubernare qui uero sunt ponto ponticae tantum qui sunt traciae tratiarum solum non uocatus aut {autem *corr.*} episcopos super parrociam alienam non debere ingredi ad ordinandum aut pro aliquibus aliis gubernationibus ecclesiasticis seruato quod scriptum est de parrocis canone et constitutum ut per singulas prouincias prouinciae synodus gubernet su[e]cundum {secundum *corr.*} ea quae in nicea constituta sunt

Quae autem in barbaricis gentibus sunt ecclesia dei ita gubernari oportet secundum quod obtinuit a patribus consuetudo constantinopolitanam {constantinopolitanum *corr.*} autem episcopum habere primatum honoris post romanum episcopum propterea quod urbs ipsa sit iunior roma

**IIII** De maximo cynico et aduersum eius iniquitates et delubra eius quae in constantinopolim facta est in omnibus placuit ut neque maximum [f. 60r] episcopum fuisse aut esse neque ipsos qui ab eo ordinati sunt in quoqcumque {quocumque *corr.*} grado clerici uel quolibet facta sunt infirmata esse censemus

De primatu ecclesiae constantinopolitanae

**U** INcipit quod constitutum est de primatu ecclesia constantinopolitanae a synodo calcidonense consulato pissimi atque amatoris christi inperatoris nostri flaui marciani agusti UI fal.[75] nouembrium in calcidonae metropolitanae ciuitatum bithiniae per gratiam dei et constituitionem {*sic*} pissimorum et fidelium inperatorum synodo congregata in basilica sanctae et uictricis martyris euphemiae coniuuante ea praecibus suis sancta synodus dixit ubique sanctorum patruum termini subiacentes et quem nunc legimus centum quinquaginta reuerentissimorum episcoporum qui congregati sunt sub diue {diuite *corr.*} memoriae magni theodosi qui fuit inparatur {*sic*} in hanc regiam ciuitatim {*sic*} constantinopolitanam iuniorem romam cegnoscentes {cognoscentes *corr.*} haec censuimus de primatum {*sic*} sanctae ecclesiae constantinopolitanae ciuitatis iuniores {iunioris *corr.*}[76] romae quia sedi magnae romae pro eo quod regnarent sancti patres statuerunt ei primatum ita ut nunt {nunc *corr.*} et nos in hoc constitutum firmantes uenerabiles CL primatum reddidimus iuniori romanae sanctae sedi rationabiliter iudicantes ut quae regno et senato honorificatur ciuitas obtineat et firmitatem primatus secundum magnam romam et in ecclesiasticis causis magnificam eam esse [f. 60v] sicut et romam et secundam post eam esse censemus et ut ponticam et assianam et traciam gubernationem metropolitani solum habeant ut iam qui in barbaricis sunt episcopi ide {*sic*} supra scripta diocessae ordinentur a supra dicta sancta sede constantinopolitanae ecclesiae et ut singulum metropolitanum de memorata parrocia cum prouinciarum episcopis ordinent prouinciae episcopum sicut diuini kanones censuerunt manus inpositionem autem sicut superius dictum est metropolitanis episcopis memoratorum dioceseum ab episcopo constantinopolitano fieri debere electionem autem facere et secundum et consuetudinem ad eum referre oportet et suscripserunt

Nectarius constantinopolitanus episcopus statui et suscripsi paschasius episcopus legatus sanctae ecclesiae romanae statui et suscripsi luculentius praesbyter legatus sanctae ecclesiae romanae suscripsi bonifatius praesbyter legatus sanctae ecclesiae romanae suscripsi et ceteri suscripserunt

timotheos rufus
dorotheus auxentius
cyrillus palestini elianus
gelassius zonon fenicis
macer paulus

---

[75] fal.] *with a macron over* f; *read* kal. *for* kalendas/rum *?*
[76] Scratched correction.

dionisius nestabius
friscianus philippus
saturninus braccus
thimotheus alexandrinus
bassilidis oxyinco {*sic*}
mucinus hierusolimitanus
alexander cessariensis capodociae
præsbyterum hiericontis
melicius siriæ coles diospolitanus
pelagius nicopolitanus
acacius sebastenus [f. 61r]
scitopolitanus asapius et balbus
ascalones helpedius
iamnenses uranidius
tyrii cilum
sonodis seuerus
ptolomaidae eulogius
damascenus uitus
paneadensis ambramius
brittaniensis maras mesopotamiæ
bibliensis batenis
aradi iouenus
archis per theodosium theodotus acustoeufratres
anthiochiae anthiochus
laedicensis {laodicensis *corr.*} isiodorus
bereænus iuuinus
iohannis apamenus
bizas seleuciae
eusebius ephifaniae
marcianus seleucopoli
petrofilus laristenus
seueros palti
flauianus et helpidius praesbyteri antioceni
eusebius chalcidiae
domnos gabaleae
bassilius rafanæuitanus
boetrum æterius
dionisiadis bosforius
etarensis olympius
constantines gregorius
nespoleos simpesius isauriæ
edisse montanus
caruitanus claudiopolitanus
batumuniensis pro {*sic*} paulimpium praesbyterum
amadis philotheus
constantinae spistus

emarias musonius
hierapoleus marinus
samasteus theodosius
cirote arthemius
perriensis neunius
maris montanus
diodorus ciliae eusebius
ciriacus lolliensis
germanius tarsenus
ærius ephifanes
filionius {filonius *corr.*} corigynus
olympius zephiriensis
tofilus alxandriæ {*sic*} pompeiopolitanus
eladius capodociæ montiestias
grigorius pro {*sic*} alyppium praesbyterum [f. 61v]
carias tuisianus
nisius midos
tyano eraclides
coloniae theodolus
parnasi pammenius
nazazu amphilocius licaoniæ
seleuciae cyrillus
ieropolita aristofanes
philadelphiae paulus
celendrinus ininius
dalisandi darius
anthiochiae leontius
titiopolitanus theodosius
selinuntos eutratius
diacessariae dafanes
olbiensis eugenius
iulius cipri popbu
theoppropus trimitununt[o]s {trimitununtus *corr.*}
thicun tamasianus
nemus cethiu
troilus pamphiliæ egeon
gaius lyrbysenus
lorginus {*sic*} coliparsu
theodolos {theodolus *corr.*} caricissitanus
ysicius cotenuensis
casso eustatius
banentu patricius
thicussitanus lucius
syalytanus lollianus sozopolitanus pro simplium {*sic*} praesbyterum
ariasto tyrannus praesbyter
icondi auxannius praesbyter

cumanadensis helladius praesbyter
stupatru theosebius filominas pro {*sic*} bassum praesbyterum
lystro tatianus licie
corinus pionius
mistiae eudimius
pertun patricius
ydisenus lupicinus
cannuensis macedo
deruis romanus
posadun hermeus
illirius isaurum
seuerus amblandum
optimus pissidiæ anthiochiae
theomistius handriano praesbyter
attalus prostatun
amantius etadun
faustus limenun
ioniuus {ioninus *corr.*} salagesitanus
calenicus thimatun [f. 62r]
metropolitanus olympius
parlaxu theodolus
narpoleus eustatius
amuranus pansopius pontum asiae
apameus martyrius misiæ
cananu marciopolitanus
meronensis terentius scitiæ
comatis aetherius
patarunensis sabastianus
ynomandun agrius spaniæ
limerun yminontu
sandun
pasilidun
bubuteun
tantianus
uitus frigiæ salutariæ
eusanius
nectarius frigie pacatianae appias
theodorus eumeniæ pro {*sic*} profitirum praesbyterum
haecdicius cariæ
leontius
eufrasius bituniæ
dorotheus
atarbius ponti polemoniaci per cirillum lectore {*sic*}
araxu neocessariae
primisiae calcidonensis
eucarpiae prussenus

afrodisianae hiberonus
cimirum tomeum
nicomediae cersonisi
nichae anchialis

**expliciunt canones constantinopolitanae**

**incipiunt capitula synodus sardicensis**

**I** De episcopis etiam laica communione priuandis qui ciuitates mutauerint

**II** De episcopis elienam {*sic*} sedem praecipiti temeritate petentibus

**III** Ut inter episcopos conprouinciales audiant episcopi

**IIII** Quando liceat in aliena prouincia episcopis ordinare episcopos

et introierunt testes tranquillinus priscus bonus seruulus ciprianus petrus quadratiatnus {quadratianus *corr.*} arestotes pias {*sic*} quadrus epiforus maximus gordianus gaudiosus saturninus urbanus reparatus priscus benerosus romanus exsuperius crispianus barbarus leforianus {*sic*} bacauda ambrosius terula iohannes iuuentius proculus octauianus romanus ualerius iacintus mellitianus petrus claudius exper probus nicorius probatianus ursinus urbatianus Singulis autem adstantibus in gremio CCCtorum episcoporum et XXX praesbiterorum et introierunt et XXUIII supra dicti testes ut libra occidua conpleretur quoniam XII unciae in libra probabitur sensus autem in LXX et II conparatur damnabitur praesul respondit quiriacus episcopus dixit ad marcellinum non cognoscis uniuersum uelamen cordis tui iudica enim causam tuam et lacera machinationem tuam non ex nobis iudicaberis tuo enim iudicio condemnaberis et nostro testimonio explicaberis moetas {metas *corr.*}[154] quoniam nos in damnationem tuam nihil opponimus causalæ nihil defendimus sed damnamus hos qui euacuerunt templum et demiserunt fabricam manu desuper constructa ut introierent lupi et facerent speluncas et comede[f. 94r]runt agnos inmaculatos et eos qui ex uetere ad nouum uenerant inueterarent te enim non condamus {condemnamus *corr.*} quoniam ex ore tuo iustificaueris et ex ore tuo condemnaueris Tunc marcelinus episcopus coram omnibus {omni *corr.*}[155] synodo cecidit in terram ibi autem iacens et ibi eum moram facientem damnauerunt synodus et praesbiteri XXX uoce clara chirogrophum {chirogropho *(sic) corr.*}[156] firmo urbanum castorium et iobenalem praesbiteros et gaium et innocentium diaconos et subscripserunt pars detera {dextera *corr.*} praesbyterorum horum humanus capuanus castorius innocentius audax homo bonus petrus quiriacus hercuslanus {herculanus *corr.*} serenus iohannis nepotianus ciprianus corporanus eusebius castinus uictor matheus spesindeo uiros uincomalos collecticius ualentinus priscilianus iulianus lucianus castorius et dicones {*sic*} isti hermes xytus {*sic*} petrus suscribserunt autem in damnationem[157] horum quinque urbani castori et iubenalis praesbiterorum et gai et innocenti diaconorum et in sinu autem CCC episcoporum capud cinere conuolutum marcellinus episcopus urbis uoce clara clamans dicebat peccaui coram uobis et non possum in ordine esse sacerdotum quoniam auarus me corrupit auro suscribserunt autem in eius damnationem et damnauerunt eum extra ciuitatem sacerdos autem nomine helciadis episcopus suscribsit primus in eius damnationem non tantum

[154] Scratched correction.
[155] Scratched correction.
[156] Scratched correction.
[157] damnationem] damne *with macron over* e

tempore quod exigebat ordo sed etiam in futuro [f. 94v] saeculo quod etiam et ipse uoce clara dicebat iuste ore suo condemnatus est et ore suo anathemate suscepit maranathe quoniam ore suo condemnatus est nemo enim umquam iudicauit pontificem nec praesul sacerdotem summum quoniam prima sedis non iudicabitur a quemquam hoc autem audito dioclitianus dum esset in bello persarum audiuit quod CCC episcopi et XXX praesbiteri et tres diacones in eius damnationem conuenirent dum suscribsissent omnes ipse omnium primus manu sua propria marcellinus conclusit in sua anathemathe suscribens

IRatus autem dioclitianus in eadem ciuitatem misit et multos episcopos ad martyrii coronam traxit factum est autem nihil aliud dum primo damnati fuissent tres praesbyterii et duo diacones damnatus est autem et marcellinus episcopus suo iudico {iudicio *corr.*} X kalendas septembris dioclitiano agusto UIII et maximiano UII

**siricius episcopus urbis romae hiero** {*sic*} **episcopo tarrocinensis**

DIrecta ad decessorem nostrum sanctae recordationis damassum fraternitatis tuae relatio me iam in sede ipsius constitutum quia sic dominus ordinauit inuenit quam cum in conuentu fratum {*sic*} sollicitius legeremus tanta inuenimus quæ repraehensione et correctione sint digna quanta optaremus laudanda cognoscere et quia necesse nos erat in eius labores curasque succedere cui per dei gratiam successimus in [f. 95r] honorem facto et {ut *corr.*}[158] oportebat primitus meae profectionis indicio ad singula prout dominus adspirare dignatus est conlationi tuae responsum conpetens non negamus quia[159] offici nostri consideratione non est nobis dissimulare non est tacere libertas quibus maior cunctis christianae relegionis zelus incumbit portamus onera omnium qui grauantur quin immo haec portat in nobis beatus apostolus petrus qui nos in omnibus ut conuidimus {confidimus *corr.*}[160] administrationis suae protegit et tuetur heredes prima itaque pagine tuae frontę signasti babtizatus {babtizatos *corr.*}[161] ab impiis arrianis plurimos ad fidem catholicam festinare et quosdam de fratribus nostris eosdem denuo babtizare uelle quod non licet cum hoc fieri et apostolus uetet et canones contradicant et post cassatum

[158] Scratched correction.
[159] quia] q *with horizontal cross through descender*
[160] Scratched correction.
[161] Scratched correction.

ariminense concylium misa ad prouincias a uenerande memoriae pro decessore meo liberi {liberio *corr.*} generalia decreta prohibeant quos nos cum nouatianis aliisque heretecis sicut est in synodo constitutum per inuocationem solam septiformis spiritus episcopalis manus inpositione catholicorum conuentui sociamus quod etiam totus oriens occidensque custodit a quo tramite uos quoque post haec minime conuenit deuiare si non uultis a nostro collegio synodali sententia separari

**de babtismati**

Sequitur deinde babtizatorum prout unicuique libetum fuerit inprobabilis et emenda confussio quae nostris consacerdotibus quod[162] commot {commoti *corr.*} dicimus [f. 95v] non ratione auctoritatis alicuius sed sola temeritate praesumitur ut passim ac libere natalicis christi seu parationis {aparationis *corr.*} necnon et apostorum {apostulorum *corr.*} seu martyrum festiuitatibus innumerae ut adseris plebes babtismi misterium consequantur cum ho {hoc *corr.*} sibi priuilegium et aput nos et aput omnes ecclesias dominicum specialiter cum penticoste sua pascha defendat quibus solis per annum diebus ad fidem confluentibus generalia babtismatis tradi conuenit sacramenta his dumtaxat electis qui ante quadraginta uel eo amplius dies nomen dederint et exorcismis et cotidianis orationibus atque ieiunis fuerint expiati quatenus apostolica inpleatur illa praeceptio expurgato fermento ueteri noua incipiat consparsio sicut ergo paschalem reuerentiam in nullo dicimus esse minuendam ita infantibus qui necdum loqui potuerunt per aetatem uel his quibus in qualibet necessitate opus fuerit sacri unda babtismatis omni uolumus celeritate succurri ne ad nostrarum perniciem tendat animarum si negato desiderantibus fonte salutatari {salutari *corr.*}[163] exiens unusquisque de saeculo et regnum perdat et uitam

Quicumque etiam discrimen naufragii hostilitatis incursum obsidionis ambiguum uel cuiuslibet corporalis egritudinem disperationis inciderint et sibi unico credulitatis auxilio po[f. 96r]poscerint subueniri eodem quo poscunt monmento {momento *corr.*} temporis expetitae regenerationis praemia consequantur hactenus sufficiat nunc praefatam erratum in hac parte {erratum in hac parte sufficiat nunc praefatam *transp.*} regulam omnes teneant sacerdotes qui

[162] quod] q *with macron above*
[163] Scratched correction.

nolunt ab apostolicae petrae supra quam christus uniuersalem construxit ecclesiam solidatate {soliditate *corr.*} deuelli

**de christianis qui idolis contaminant**

Adiectum est etiam quosdam christianos ad apostassiam quod dici nefas est transeuntes et idolorum cultu et sacrificiorum contaminatione profanatos quos a christi corpore et sanguine quo dudum redempti fuerant renascendo iubemus abscidi et si resipiscentes forte aliquando fuerint ad lamenta conuersi hiis quamdiu uiuunt agenda penitentia est et in ultimo fine suo reconciliationis gratia tribuenda quia dicente domino nolumus mortem peccatoris sed ut conuertatur et uiuat {Ez 33, 11}

De coniugali autem uelatione requisisti si desponsatam alii puellam alter in matrimonium possit accipere hoc ne fiat modis omnibus inhibemus quia illa benedictio quam nupturae sacerdos inponit aput fideles cuiusdam sacrilegi instar est si ulla transgressione uioletur

**de penitentibus** [f. 96v]

De his uero non incongrue apostolicam sedem dilectio tua credidit consulendam qui acta penitentia tamquam canes ac sues ad uomites pristinos ad uolutabra redeuntes et militiae cingulum ad ludicras uoluptates et noua coniugia et inhibitos de uno {denuo *corr.*} adpetiere concubitos quorum professam in continentiam generati post absolutionem filii prodiderunt de quibus quia iam suffugiam non habent penitendi id duximus decernendum ut sola intra ecclesiam fidelibus oratione iungantur sacrae misteriorum celebritati quamuis non mereantur intersint a dominicae autem mensae conuiuio segregentur ut hac saltim districtione correcti et ipsi in se sua errata castigent et alis exemplum tribuant quatenus ab obscenis cupiditatibus retrahentur quos tamen quoniam carnali fragillitate cediderunt uiatico munere cum ad dominum ceperint proficisci per communionis gratiam uolumus subleuari quam formam et circa mulieres quae post penitentiam talibus se pullutionibus deuinxerunt seruandam esse censemus

Praeterea[164] monachorum quosdam atque monacharum abiecto proposito sanctitatis in tantam protestaris demersos esse [*]lasc[*]uiam {lasciuium *corr.*} ut prius clanculo uelut sub monasteriorum praetexto inlicita ac sacrilega se contagione miscuerunt [f. 97r] postea uero in abruptam conscientiae desperationem perducti de inlicitis conplexibus libere filios procrearint quod puplicae leges et aecclesiastica iura condemnant haec {has *corr.*} igitur inpudicas detestabilesque personas a monasteriorum coetu ecclesiarumque conuentibus eliminandas esse mandamus quatenus retrusae in suis ergastulis tantum facinus continua lamentatione deflentes purificatorio possint penitudinis igne decoquere ut eis ad mortem saltim solius misericordiae intuitu per cummunionis {*sic*} gratiam possit indulgentia subuenire

**de clericis**

Ueniamus nunc sacratissimos ordines clericorum quos in uenerande relegionis iniurgiam ita per uestras prouincias calcatos atque confusos caritate tua insinuante repperimus ut heremiae uoce nobis dicendum sit quis dabit capiti[165] meo aquam aut oculis meis fontem lacrimarum et flebo populum hunc die hac {ac *corr.*} nocte {Ier 9, 1} si ergo beatus propheta adducenda {ad lugenda *corr.*} populi peccata non sibi ait lacrimas posse sufficere quanto nos possumus dolore percelli cum eorum qui in nostro sunt corpore conpellimur facinora deplorare praecipuae quibus saecundum beatum paulum instantia cotidiana et sollicitudo omnium ecclesiarum indesinenter incumbit quis enim infirmatur et ego non infirmor quis [f. 97v] scandalizatur et non ego uror {2 Cor 11, 29} plurimos enim sacerdotes christi atque leuitas post longa consecrationis suae tempora[166] tam de coniugibus propris quam etiam de turpi coitu sobolem dedicimus procreasse et crimen suum hac praescriptione defendefendere {defendere *corr.*} qua in ueteri testamento sacerdotibus ac ministris generandi facultas legitur adtributa dicat mihi nunc quisquis ille est sectator libidinum praeceptorque uitiorum si estimat quia in lege moysi passim sacris ordinibus a deo nostro laxata sunt frena luxoriae cur eos quibus committebantur sancta sanctorum praemonet dicens sancti estote quia et ego sanctus sum dominus deus uester {Lv 20, 7} cur etiam procul a suis domibus anno uicis suae in templo habitare iussi sunt sacerdotes hac uidelicet ratione ne uel

---

[164] de monachis et de monachas {*sic*} *gl. in mg.*
[165] capiti] *corr. to* capite *by scratching ?*
[166] tempora tam] *corrected to* temperatam *and then back again to* tempora tam

cum uxoribus possint carnale exercere conmercium ut conscientiae integritate fulgentes acceptabile deo munus offerrent quibus expleto deseruitionis suae tempore uxori usus solius successionis causa fuerat relaxatus quia non ex alia nisi ex tribu leui quisquam ad dei ministerium fuerat praeceptus admitti unde et dominus iesus cum nos in suo inlustrasset aduentu in euangelio protestatur quia legem uenerit inplere non soluere et ideo ecclesiae cuius sponsus est formam castitatis uoluit splendore proprio [f. 98r] radiare ut in die iudicii cum rursus aduenerit sine macula et ruga eam possit sicut per apostolum suum instituit repperire quarum sanctionum omnes sacerdotes atque leuitae insolubili lege constringimur ut a die ordinationis nostrae sobrietati ac pudicitiae et corda nostra mancipemus et corpora dummodo per omnia deo nostro in his quae cotidiae offerrimus sacrificiis placemus {placeamus *corr.*} qui autem in carne sunt dicente electionis uassae deo placere non possunt uos autem iam non estis in carne sed in spiritu si tamen spiritus dei habitat in uobis {Rm 8, 8–9} et ubi poterit nisi in corporibus sicut legimus sanctis dei spiritus qui in carne sunt deo placere non possunt habitare et quia aliquanti de quibus loquimus {loquimur *corr.*} ut tua sanctitas retulit ignoratione labsos esse se deflent his hac condicione misericordiam dicimus non negandum ut sine ullo honoris augmento in hoc quo detecti sunt quamdiu uixerint officio perseuerent si tamen post haec continentes se studerint exhibere hii uero qui inliciti priuilegi excussatione nituntur ut sibi adserant ueteri hoc lege concessum nouerint se ab omni eclesiastico honore quo indigne ussi sunt apostolicae sedis auctoritate deiectus {deiectos *corr.*}[167] nec umquam posse ueneranda adsec tare misteria a quibus se ipsi dum obscenis cupiditatibus [f. 98v] inhiant priuauerunt et quia exempla praesentia cauere nos praemonent in futurum quilibet episcopus praespiter atquae {atque *corr.*} diaconus quod non optamus deinceps fuerit talis inuentus iam sibi nunc per nos omnem indulgentiae aditum intellegat obseratum quia ferro necesse est excidantur uulnera quae fomentorum non senserint medicinam

Dedicimus etiam licenter ac libere inexplorate uitae homines quibus etiam fuerint numerosa coniugia ad praefatas dignitates prout cuique libuerit adspirare quod non tantum illis qui ad haec inmoderata ambitione perueniunt quantum metropolitanis specialiter pontificibus inputamus qui dum inhibitis ausibus conhibent dei nostri quantum in se est praecepta contemnunt et ut taceamus quod altius suspicamur ubi illud est quod deus noster data per moysen lege constituit dicens

---

[167] Scratched correction.

sacerdotes mei semel nubant {cf. Lv 21, 13–14} et alio loco sacerdos uxorem uirginem accipiat non uiduam non repudiatam non meretricem {Lv 21, 13–14} quod secutis {secutus *corr.*}[168] apostolus ex persecutore praedicator unius uxoris uirum {1 Tim 3, 2; 3, 12; Tit 1, 6} tam sacerdotem quam diaconum fieri debere mandauit quae omnia ita a uestrarum regionum despiciantur {despiciuntur *corr.*} episcopis quasi contrarium magis fuerint constituta et quia non est nobis de [f. 99r] huiusmodi usurpationibus neglegendum ne nos indignandis {indignantis *corr.*}[169] dei uox iusta corripiat qui dicit uidebas furem et currebas cum eo et ponebas tuam cum adulteris portionem {Ps 49, 18} quid ab uniuersis post haec ecclesis sequendum sit quid uetandum generali pronuntiatione decernimus

**ut unam tantum mulierem sciat quia** {*sic*} **ecclesiae militat**

QUicumque itaque se ecclesiae uouit obsequis a sua infantia ante pubertatis annos babtizari et lectorum debet ministerio sociari qui accessu adoliscensiae {*sic*} usque ad tricissimum annum si probabiliter uixerit una tatum {tantum *corr.*}[170] et ea quam uirginem communi per sacerdotem benedictione percipit uxoret {uxore *corr.*} contentus acolitus et subdiaconus esse debebit postque ad diaconi gradum si se ipse primitus continentia praeeunte dignum probaberit accedat ubi si ultra quinque annos laudabiliter ministraret congrue praesbiterium consequatur et exinde post decennium episcopalem cathedram poterit adipisci si tamen per haec tempora integritas uitae ac fidei eius fuerit adprobata

**de laicis quia** {*sic*} **ad clerum uenire festinant**

QUi uero iam aetate grandeuus melioris propositi conuersatione prouocatus ex laico ad sacram militiam [f. 99v] peruenire festinat desideri sui fructum non aliter obtinebit nisi eo quo babtizatur tempora {tempore *corr.*} statim lectorum aut exorcistarum numero societur si tamen unam eum habuisse uel habere et hanc uirginem accipisse constet uxorem qui dum initiatus fuerit expleto biennio per quinquennium alut {aliut *corr.*} acholitus et subdiaconus fiat et sic ad diaconatum si

[168] Scratched correction.
[169] Scratched correction.
[170] Scratched correction.

per haec tempora dignus iudicatus fuerit promobeatur exinde iam accessu temporum praesbyterium uel episcopatum si eum cleri ac plebis declamaret electio non inmerito sortietur

Quisquis sane clericus aut uiduam aut certe secundam coniugem duxerit omni ecclesiasticae dignitatis priuilegio mox nudetur laica tantum sibi cummunione {*sic*} concessa quam ita demum poterit possedere si nihil postea propter quod hanc perdat admittat

Feminas uero non alias esse patimur in domibus clericorum nisi eas tantum quas propter solas necessitudinum causas habitare cum hisdem synodus nicena permisit

**de monachis**

Monachos[171] quoque quos tamen morum grauitas et uitæ ac fidei institutio sancta commendat clericorum officiis adgregari et optamus et uolumus ita ut qui intra tricissimum [f. 100r] aetatis annum sunt in minoribus per gradus singulos cresce {crescente *corr.*} tempore promouentur ordinibus et sic ad diaconati uel praesbyteri insignia maturae aetatis consecratione perueniant nec saltim ad episcopatus culmen ascendant nisi in hiis easdem quae singulis dignitatibus superioribus praefiximus tempora fuerint custodita

Illud quoque nos par fuit praeuidere ut sicut penitentiam agere cuiquam non conceditur clericorum ita et post penitudinem ac reconciliationem nulli umquam laico liceat honorem clericatus adipisci quia quamuis sint omnium peccatorum contagione mundati nulla tamen debent gerendorum sacramentorum instrumenta suscipere qui dudum fuerint uassa uitiorum et quia hiis omnibus quae in repraehensionem ueniunt sola excussatio ignorationibus obtenditur cui nos interim solius pietatis intuitu necesse est clementer ignoscere

**de clericis penitentibus uel bigamus seuque** {*sic*} **mulierem accipiat uxorem in ordine quo inuenti fuerint in eo permaneant**

[171] monachos] *corr. from* monachs *?*

Quicumque penitens quicumque bigamus quicumque uiduae maritus ad sacram militiam indebite et inconpetente {inconpetenter *corr.*} inrepsit hac sibi condicione a nobis ueniam intellegat relaxatam ut in magno debeat conputare beneficio si adempta sibi omni spe promotionis in hoc quo inuenietur ordine perpetua [f. 100v] stabilitate permaneat scituri post haec prouinciarum omnium summi antestites quod si ultra ad sacros ordines quemquam de talibus crediderint adsumendum de suo et de eorum statu quos contra canones et interdicta nostra prouexerint congruam ab apostolica sede promendam esse sententiam

Explicuimus ut arbitror fratres carissime uniuersa quae degesta sunt in querella et ad singulas causas de quibus per filium nostrum bassianum praesbyterum ad romanam ecclesiam utpote ad caput tui corporis retulisti subficientia quantum opinor responsa reddidimus nunc fraternitatis tuae animus {animos *corr.*} ad seruandos canones et tenenda decretalia constituta magis ac magis incitamus ut haec quae ad tua consulta rescribsimus in omnium coepiscoporum nostrorum perferri facias notitionem et non solum eorum qui in tua diocessi constituti sed etiam ad uniuersos cartaginiensis ac beaticos lusitanus atque gallicos uel eos qui uicinis tibi conlimitant hinc inde prouincinis {*sic*} haec quae a nobis sunt salubri ordinatione dispossita sub litterarum tuarum prosecutione mittantur et quamquam statuta sedis apostolicæ uel canonum uenerabilia definita nulli sacerdotum dei ignorare sit liberum utilius tamen pro antiquitate sacerdotii tui dilectioni tuae esse admodum poterit gloriosum si ea quae [f. 101r] ad te speciali nomine generaliter scripta sunt per unianimitatis tuae sollicitudinem in uniuersorum fratrum nostrorum notitiam perferantur quatenus et quae a nobis non inconsulte sed prouide sub nimia cautella et deliberatione sunt salubriter constituta intemerata perueniant et omnibus in posterum excussationibus aditus qui iam nulli aput nos patere poterit obstruatur

**explicit data IIII idus februarias arcadio et bauthono consulibus**

BOnifatius episcopus honorio augusto ecclesiae meæ cui deus noster meum sacerdotium uobis res humanas regentibus deputauit cura constringit ne causis eius quamuis a corporis incommoditate detenear conuentus a sacerdotibus uniuersis et clericis et christianae plebis perturbationibus agitatus apud aures christianissimi principis desim si quid enim secus quam oportet eueniat non uos id facere qui cunta {*sic*} aequa moderatione conponistis sed nos per

nostram tacentes desideam uidebimur quod ciuitatis quietem et ecclesiae pacem peruertere ualeat admississe cum enim humanis rebus diuinae cultu relegionis domino fauente praesideas nostra culpa erit si non id sub uestra gloria quam certum est diuinis semper rebus animo rumptiore {prumptiore *corr.*} fauisse firmo et stabili iure custodiat quod per tot annorum seriem et sub illis etiam principibus obtinuit quos nulla nostrae relegionis cura [f. 101v] constrinxit id est ut stetur licitis et sub uestrae imperio clementiae minime quae sunt inlicita formidentur ipsa enim deuotionem tuam christianissime inperator meo quidem sermone sed suo uenerabili appellat affectu quam christus deus noster uestri uidus {fidus *corr.*} rector et gubernator imperii uni desponsatam sibi et intactam uirginem seruat ut non in eam aliquos patiamini insidiantium procellarum fluctus inlidi et quietam faciem tempestatis insolitae tumore turbari gloriossime {*sic*} et tranquilissime imperator auguste ipsa ergo quae uni desponsata uestra tamen mater est ecclesia hac pietatem uestram legatione quam suis sacerdotibus commisit adpellat praeterita praesentiaque repetit uobis inquid relegio imperantibus creuit meus modo tuus est populus tam fidus deo quam tibi qui est principi christiano ecce enim inter ipsa mysteria inter praeces suas quas pro uestri fidelitate dependit imperii teste aput quem et de cuius sede agitur sancto petro sollicitis pro relegionis obseruantia uocibus clamat cum sollicita petitione miscetur oratio ne hos in uarias res semel auulsa distrahat et a cultu solito temptatore se sollicitante dissociat agere pluribus princeps christianissime nisi aput te suarum esset cura causarum et in oppraesionibus idolorum in hereticorum correptionibus fide tua diuino cultu pariter cum imperio semer {*sic*} [f. 102r] florente uicisset habet pium refugium tuae mansuetudinis animum cum relegionis uenerationis oniunctum {uenerationi coniunctum *corr.*} cum quidquid huic proficiat uos agatis conferentibus fratribus et consacerdotibus meis probeatissimis {*sic*} uiris a me et ab omnibus qui ecclesiam faciunt æstimata legatio quibus praecamur sacre causam relegionis prosequentibus in ore uestræ mansuetudinis hoc animo quo postulatis annuetis imperpetuum statu uniuersae ecclesiae consolatis

**explicit data kalendas iulii**

Rescriptum honori augusti ad bonifatium papam in qua statuit ut si denuo ordinati fuerint duo ambo de ciuitate pellantur cum certum sit nulli partium studia profutura

**incipit epistola honori agusti ad bonifatium papam in qua statuit ut si denuo ordinati fueerint** {*sic*} **duo ambos de ciuitate pelli**

UIctor honorius inclytus triumphatur semper augustus sancto ac uenerabili bonifatio papae urbis romae scripta beatitudinis tuae debita reuerentiae gratulatione suscepimus quibus recensitis egimus omnipotent[e] {omnipotenti *corr.*} deo gratias quod sanctimoniam tuam post longum incommodum aptate redditam dedicimus sanitati et ideo reuertentibus uenerabilibus uiris gaudium nostrum sanctorum apicum attestatione signamus ac [f. 102v] petimus ut cotidianis orationibus apostolatus tuum studium ac uotum suum circa salutem atque imperium nostrum dignetur inpendere illud autem pietati nostrae satis placuisse cognosce quod sanctimonia tua de ecclesiarum aut populi perturbatione sollicita est quae ne aliqua ratione possit euenire satis clementia nostra credidimus esse prouissum denique praedicante beatitudine tua id ad cunctorum notitiam uolumus peruenire ut {si *add. sup. lin.*} quid forte relegioni tuae quod non obtamus humana sorte contigerit sciant omnes ambitionibus esse cessandum ac si duo forte con[i]tra {contra *corr.*} fas temeritate certantum fuerint ordinati nullum ex hiis futurum penitus sacerdotem sed illum solum in sedem apostolicam permansurum quem ex numero clericorum noua ex ordinatione diuinum iudicium et uniuersitatis consensus elegerit unde id obseruandum est ut omnes tranquillam mentem et pacificos animos ex serinitatis nostrae admonitione custodiant nec aliquid seditiosis conspirationibus temptare conentur cum certum sit partium studia profutura explicit

**zozimus episcopus esyhio**[172] **episcopus salomonitaro salutem**

Exigit dilectio tua praeceptum apostolicae sedis in quo patrum decreta consentiunt et significas nonnullos ex monachorum [f. 103r] populari coetu quorum sollicitudo quamuis frequentia maior est sed et {laicos *add. in mg.*} aliquos ad sacerdotium festinare hoc specialiter et sub decessoribus nostris et nuper a nobis interdictum constat litteris ad gallias spaniasque in quibus regionibus familiaris est ista praesumptio quamuis nec affrica super hac admonitione nostra habeatur aliena quippe ne contra patruum praecepta qui ecclesiasticis disciplinis per ordinem non fuisset inbutus et temporis adprobatione diuinis stipendis eruditus nequaquam ad summum

[172] esyhio] *with macron aboue* io

ecclesiae sacerdotium adspirare praesumeret et non solum in eo ambitio inefficax habetur uerum in ordinatores eius ut carerent eo ordine quem sine ordine contra praecepta patruum crediderint praesumendum unde miramur ad dilectionem tuam statuta apostolicae sedis non fuisse perlata laudamus igitur constantiam propositi tui frater carrissime nec aliud de pontifici tui uetere censura auctoritatis genus exspectandum fuit quam ut talibus ambitionibus pro praeceptis patrum in procinctu fidei constitutus occurreris igitur si quid auctoritate tuae quod nos non opinamur estimas defuisse supplicemus obsiste talibus ordinationibus obsiste superbiae et adrogantiae uenientia tecum faciunt praecepta patrum tecum apostolicae sedis auctoritas Si enim officia saecularia principem locum non uestibulum actionis ingresis sed per plurimos grados examinatis [f. 103v] temporibus deferunt quis ille tam adrogans tam inpudens inuenitur ut in caelesti militia quae pensius ponderanda est et sicut aurum repetitis ignibus est explorandum statim dux esse desideret cum tiro ante non fuerit et prius uellet docere quam discere adsuescat in domini castris in lectorem primitus gradu diuini rudimenta seruiti nec illi uile sit exorcistam acholitum subdiaconum diaconum per ordinem fieri nec hos {hoc *corr.*} saltu sed statutis maiorum ordinatione temporibus iam uero ad praesbyteri fastigium talis accedat ut et nomen aetas inpleat et meritum probitatis stipendia ante acta testantur iure inde summi pontificis locum sperare debebit facit enim hoc nimia remisio consacerdotum nostrum qui pompam multitudinis quaerunt et putant ex hac turba aliquid sibi dignitatis adquiri hinc passim numerosa popularitas etiam his locis ubi solitudo est talium repperitur dum parrocias extendi cupiunt aut quibus aliud praestare non possunt diuinos ordines largiuntur quod oportet destricti semper esse iudicii rarum est enim omne quod magnum est proinde ne quid meritis dilectioni tuae derogemus ad te potissimum scripta direximus quae in omnium fratrum et coepiscoporum nostrorum facies ire notitiam non tantum eorum qui in ea prouincia sunt sed etiam qui uicinis dilectioni tuae prouinciis adiunguntur sciet quisquis hoc [f. 104r] postposita patrum et apostolicae sedis auctoritate neglexerit a nobis districtius uindicandum ut loci sui minimae dubitet sibi non constrare rationem si hoc putat post tot prohibitiones inpune temptari contumaeliae enim studio fit quidquid interdictum totiens usurpatur haec autem singulis gradibus obseruanda sunt tempora si ab infantia ecclesiasticis ministeriis nomen dederit inter lectores usque ad uicissimum aetatis annum continuata obseruatione perduret si maior iam et grandebus accesserit ita tamen ut post babtismum statim si diuinae mailitiae desiderat mancipari siue inter lectores siue inter exorcistas quinquenio teneatur deinde acholitus uel subdiaconus quattuor annis et sic ad benedictionem diaconatus si mecreatur

{mereatur *corr.*} accedat in quo ordine quinque annis si inculpate gesserit herere debebit exinde subfragantibus stipendis per tot gradus datis propriae fidei documentis praespiterii sacerdotium poterit promereri {de *add. sup. lin.*} quo loco si illum exactior ad moono {bonos *corr.*} mores uita produxerit summum pontificatum sperare debebit hac tamen lege seruata ut neque bigamus neque poenitens ad hos gradus possit admitti sane ut etiam defensores ecclesiae qui ex laicis fiunt supradicta obseruatione teneantur si meruerint esse in ordine clericatus

**data UIIII kalendas martius dominis nostris honorio XU et theodosius christus**[173] **UIII agusti zozimi** [f. 104v]

**caelestinus episcopus uniuersis episcopis per apuliam et calabriam constitutis**

Nulli sacerdotum suos liceat canones ignorare nec quicquam facere quod patrum possit regulis obuiare quae enim a nobis res digna seruabitur si decretalium norma constitutorum pro aliquorum libito licentia populis permisa frangatur audiuimus[174] quasdam propriis destitutas rectoribus ciuitates episcopos petere sibi uelle de laciis {*sic*} tantumque fastigium tam uile credere ut hoc qui non deo sed saeculo militauerint aestimant nos posse conferre non solum male de suis clericis in quorum contemptu hoc faciunt iudicantes sed de nobis pessime quos credunt hoc posse facere sentientes quod numquam auderent si non quorundam illic his consentiens sententia conhiberet ita nihil quae frequentius sunt decreta profaciunt {profaciunt *corr.*} ut hoc quasi numquam de hac parte scriptum fuerit ignoretur quid proderit per singula clericos stipendia militasse et omnem egisse in dominicis castris aetatem si[175] qui hiis praefuturi sunt ex laicis requiruntur qui uacantes saeculo et omnem aecclesiasticum ordinem nescientes salto praepropero in alienum honorem ambiunt inmoderata cupiditate transcedere {*sic*} et in aliud uita egenus {uitae genus *corr.*}[176] calcata reuerentia aecclesiasticæ disciplinae transire talibus [f. 105r] itaque fratres carissimi uui {qui *corr.*} iuris nostri id est kanonum gubernacula custodimus necesse est obuiemus hiisque fraternitatem uestram epistolis commonemus neque laicum ad ordinem

[173] christus] xp *MS*
[174] audiuimus ... laciis] *this passage appears to have been marked as a locus selectus by means of two large X's scratched into the left margin*
[175] ut laici non inponantur clericis in honore ecclesiae *gl. in mg.*
[176] Scratched correction.

clericatus admittant et sinat fieri unde[177] et illum decipiat et sibi casam generet quibus reus constitutis decretalibus fiat docendus est populus non sequendus nosque sciant eos quid licet quidue non liceat commonere non hiis consensum praebere debemus quisquis uero conatus fuerit temptare prohibita sentiet censuram sedis apostolicæ minime defuturam quae enim sola admonitionis auctoritate non corrigimus necesse est per seueritatem congruentem regulis uindicemus per totas hoc quae propris rectoribus carent ecclesias uolumus innotescat ut nullus sibi ipse aliquo forsitan blanditus inludat

**data XII kalendas agusti florentino et dionisio consulibus**

**caelestinus uniuersis episcopis per biennensem prouinciam costitutis** {*sic*}

CUperemus quidem de uestrarum ecclesiarum ita ordinatione gaudere ut congratularemur potius de profectu quam aliquid admisum contra disciplinam ecclesiasticam doloremus ad nostram enim laetitiam et benefacta conperueniunt et meroris aculeis nos quae fuerint malefacta conpungunt nec silere possumus dum ad hoc ab inlicitis reuocemus ut {in *? add. sup. lin.*}[178] aliquos officii nostri prouocemur instrinctu in speculis a deo constituti ut uigilantiae [f. 105v] nostrae diligentiam conprobantes et quae cohercenda sunt resecemus et quae obseruanda sunt sanciamus circa quamuis lonqinqua {*sic*} spiritalis tamen cura non defecit sed se per omnia qua dei nomen praedicatur extendit nec notitiam nostram subterfugiunt quae in euersionem regularum no[ni]ellæ {nouellæ *corr.*} praesumpsionis auctoritate temptantur dedicimus[179] enim quosdam domini sacerdotes superstitiosa {superstitioso *corr.*}[180] potius cultui inseruire quam mentis uel fidei puritate sed non mirum si contra ecclesiasticum morem faciunt qui in ecclesia {ecclesiam *corr.*}[181] non creuerunt sed alio uenientes itenere {*sic*} secum haec in ecclesiam quae in alia conuersatione {conuersationem *corr.*} habuerunt intulerunt amicti pallio et lumbos praecincti credentes se scripturae fidem non per spiritum sed per litteram conpleturos nam si ad hoc ista praecepta sunt ut taliter seruarentur cur non fiunt pariter quae sequuntur ut lucernae

[177] de laicis non cito faciendis episcopis *gl. in mg.*
[178] Scratched correction.
[179] sacerdotes falleis utentibus {*read* palliis utentes} repraehendit *gl. in mg.*
[180] Scratched correction.
[181] Scratched correction.

ardentes {Lc 12, 35} in manibus una cum baculo teneantur habent suum ssta {ista *corr.*} misterium et intellegentibus ita clara sunt ut ea magis qua decet significatione seruentur nam in lumborum praecinctione castitas in baculo regimen pastorale in lucernis ardentibus boni fulgor operis de quo dicitur opera uestra luceant {Mt 5, 16} indicatur habeant tamen istum forsitan cultum morem potius quam rationem sequentes qui remotioribus habitant locis et procul a ceteris degunt unde hic habitus in ecclesis gallicanis [f. 106r] ut tot annorum tantorumque pontificum in alterum habitum consuetudo uertantur discernendi a plebe uel ceteris sumus doctrina non uestrae conuersatione non habitu mentis puritate non cultu nam si studere incipimus nouitati traditum nobis a patribus ordinem calcabimus ut locum superuacuis superstitionibus faciamus rudes ergo fidelium mentes ad talia non debemus inducere docendi enim sunt potius quam ludendi nec opponendum est eorum oculis sed mentibus infundenda praecepta sunt erant quidem multa quae pro disciplina ecclesiastica uel ipsius rei dicere ratione possumus sed ab hiis ad alia deuocamur

**de penitentia**

Agnouimus[182] penitentiam morientibus denegari nec illorum desideris annui qui obitus sui tempore hoc animae suae cupiunt remedio subueniri horrimus fatior {fateor *corr.*} tantae impietatis aliquem repperiri ut de dei pietate disperit quasi non posit {*sic*} ad se quouis tempore concurrenti succurrere et periclitantem sub onere peccatorum hominem pondere quo se expedire desiderat liberare quid hoc rogo aliut est quam morienti mortem addere eiusque animam sua crudilitate ne absoluta esse possit occidere cum deus ad subueniendum paratissimus inuitans ad penitentiam sic promit[f. 106v]tat peccator inquid quacumque die conuersus fuerit peccata eius non inputabuntur ei {Ez 33, 12; 33, 16} et iterum nolo mortem peccatoris sed tantum conuertatur et uiuat {Ez 33, 11} salutem ergo hominis adimit quisquis mortis tempore penitentiam denegaret et disperauit de clementia dei qui eum ad subueniendum morienti sufficere uel momento posse non credidit perdidisset[183] latro praemium in cruce ad christi dexteram pendens si illum unius horae penitentia non iunisset {luisset *corr.*} cum esset in pena penetuit et per unius sermonis professionem habitaculum paradisi deo promittente promeruit

[182] de penitentia ultimo tempore *gl. in mg.*
[183] latronem commemoratur positum penitu {*sic*} ipse et domino promittente paradissum meruisse *gl. in mg.*

Uera ergo ad deum conuersio in ultimis possitorum mente potius est aestimanda non tempore profeta hoc taliter adserente cum conuersus ingemueris tunc saluus eris {cf. Is 30, 15} cum ergo sit dominus cordis inspector quouis tempore non est deneganda penitentia postulanti cum illi se obliget iudici cui occulta omnia nouerit reuelari

Ordinatos uero quosdam fratres karissimi episcopos qui nullis ecclesiasticis ordinibus ad tante dignitatis fastigium fuerint instituti contra patruum decreta huius usurpatione qui se hoc recognoscit fecisse dedicimus cum ad episcopatum his gradibus quibus frequentissime cautum est debeat peruenire ut minoribus initiatis officiis [f. 107r] ad maiora firmentur debet enim ante esse discipulus quisquis doctor esse desiderat ut possit docere quod dedicit omnis uitae initium {institutio *corr.*} hac[184] ad id quo {quod *corr.*} tendit se ratione confirmat

Qui minime litteris operam dederit praeceptor esse non potest litterarum qui non per singula stipendia creuerit ad meritum stipendi ordinem non potest peruenire solum sacerdotium inter ista rogo uilius est quod facilius tribuitur cum difficilius impleatur sed iam[185] non satis est laicos ordinare quos nullus fiere {fieri *corr.*} ordo permittit sed etiam quorum crimina longe lateque per omnes pene sunt nota prouincias ordinantur danihel nuper misa relatione ex orientalibus ad nos partibus ab omni quod tenuerat uirginum monasterio nefaris est obiectionibus accussatus multaque a multis obiecta flagitia in quanam lateret terrarum parte quaesitus est ut si suae innocentiae confideret contra se iudicium postulatum minime declinaret missae ad arelatensem episcopum per fortunatum subdiaconum nostrum ut ad iudicium distinaretur epistolae tantis grauatus est testimonis tanta facinorum accussatione pulsatus sacrarum ut dicitur uirginum pullutus incesto episcopus adseritur ordinatus in nostris libelli scrinis continentur quorum ad uos [f. 107v] quoque exemplaria direximus in pontifici dignitatem hoc tempore quo ad causam dicendam missis a nobis litteris uocabatur obrepsit sacro nomini absit iniuria facilius est ut hanc dignitatem tali dando ipse amiserit ordinator quam eam obteneat ordinatus conuicto sociabitur qui eum sibi credidit largiendo pontificium sociandum qualis enim ipse sit quisquis talis ordinarit ostendit hiis ergo in medium nunc deductis cum plerique uestrum sint {qui *add. in mg.*}[186] apostolicae sedis statuta cognouerint nobiscum tempore aliquanto uersati ad disciplinae normam nostris conuenta adortationibus omnia fraternitas uestra reuocare festinet primum ut iuxta decreta

[184] hac] h *appears to have been cancelled by scratching*
[185] iam] *corr. from* uim *?*
[186] Scratched correction.

canonum unaquaque prouincia suo metropolitano contenta sit ut decessoris nostri data ad narbonensem episcopum continent constituta nec usurpationi locus alicui sacerdoti in alterius concidatur iniuria sit concessis sibi contentus unusquisque limitibus

**ut clerici si emeritis extranei non anteponantur**

Alter[187] in alterius prouincia nihil praesumat nec emeritis in suis ecclesis clerici peregrini et extranei et qui ante ignorati sunt ad exclusionem eorum qui bene de suorum ciuium merentur testimonio praeponantur

**de ordinatione episcopi in aliena ciuitate si in clero** [f. 108r] **ipsius non fuerit talis inuentus**

NE nouum quoddam de quo episcopi fiant institutum uideatur esse colligium si ullus inuitis detur episcopus[188] cleri plebis et ordinis consensus et desiderium requiratur tunc alter de altera elegatur ecclesia si de ciuitatis ipsius clericis cui est episcopus ordinandus nullus dignus quod euenire non credimus potuerit repperiri primum enim illi reprobandi sunt ut aliqui de alienis ecclesis merito praeferantur

**sit facultas restitendi si uiderint praegrauari**

HAbeat unusquisque suae fructum militiae in ecclesia in qua suam per omnia officia transegit aetatem in aliena stipendia minime alter obrepat nec alii debitam sibi alter audeat uindicare mercidem sit facultas clericis resinis tendisse {*?*} uiderint praegrauari et quos sibi ingeri extraneorum agnouerint non timeant refutare qui si non debitum praemium uel liberum de eis qui eos recturi sunt debent habere iudicium abstineatur ab inlicitis ordinationibus nullus ex laicis nullus bigamus nullus qui sit uiduae maritus aut fuerit ordinetur sed inrepraehensibilis et qualem elegit apostolus fiat per mysen {*sic*} dominus praecipit uirginem accipiat sacerdos uxorem

---

[187] alter] *corr. from* alteri *?*
[188] episcopus] epis *with macron over* pi

subsequitur [f. 108v] et suplet apostolus eodem locutus est spiritu unius uxoris uirum debere episcopum consecrari {cf. 1 Tim 3, 2; Tit 1, 6} ad hanc ergo eligantur formolam sacerdotes et si quae factae sunt ordinationes inlicitae remoueantur quoniam stare non possunt nec discussionem nostram superfugere potuerunt quamuis latere se estiment qui taliter peruenerunt ut nulla relegionis reuerentia obscuritate fuscetur non sit una gloriatio palliatis episcopalem morem qui episcopi sunt sequantur danihel ut diximus qui accussationem pontificali honore subterfugere posse se credidit et ad fastigium tantum accussatores suos fugiendo peruenit a sanctitatis uestrae coetu interim se nouerit segregatum qui se nostro iudicio dibet {debet *corr.*} obiecere si conscientiae suae nouit confidentiam se habere massiliensis uero ecclesiae sacerdotem qui dicitur quod dictu nefas est in nece fratris taliter gratulatus ut huic qui eius sanguine cruentatus aduenerat portionem eum {cum *corr.*} eodem habiturus occurreret ex uestro eum audiendum colligio diligamus id[189] est mandamus

**explicit data UIIII kalendas agusti felice et tauro consulibus**

**innocentius uictorio episcopo ratomagensi** [f. 109r]

ETsi tibi frater karissime pro merito honore sacerdotii quo plurimum polles uibendi {uiuendi *corr.*} et docendi {usu *add. sup. lin.*} ecclesiasticae nota sunt omnia regulae neque sit aliquid quod de sacris lectionibus tibi uideatur ignotum tamen quia romanae ecclesiae normam atque auctoritatem magnopere postulasti uoluntati tuae morem admodum gerens degestas uitae et morum probabilium disciplinas adnexas litteris meis misi per quas aduertant ecclesiarum regionis uestrae populi quibus rebus et regulis christianorum uita in sua cuiusque professione debeat continere qualisque in urbe roma ecclesis ordo seruetur erit dilectioni tuae per plebes finitissimas et consacerdotes nostros qui in illis regionibus propris ecclesis praesident regularum hunc librum quasi didascalicum atque monitorem sedulo insinuare ut et nostros cognoscere et ad finem confluentium mores ualeant docendi sed utilitate[190] formare aut enim propossitum suum ex hac nostri congruenti lectione cognoscent aut si quid adhuc desideratur facile poterunt ex bona imitatione supplere INcipiam igitur adiuuante sancto apostolo petro per quem et apostulatus et

---

[189] id est] *MS* .i.
[190] utilitate] *corr. from* ut ibi- *?*

episcopatus in christo coepit exordium ut quoniam plures sepe emerserunt causae quae in aliquantis non erant causae sed crimina ut de cetero sollicitudo sit [f. 109v] unicuique sacerdoti in sua ecclesia curam huiusmodi habere sicut beatus praedicat apostolus paulus talem ecclesiam deo exhibendum non habentem maculam aut rugam {Eph 5, 27} ne alicuius morbidæ ouis afflatu conscientia nostra contaminata uioletur propter eos igitur qui uel ignorantia uel desidia non tenent ecclesiasticam disciplinam et multa non praesumenda praesumunt recte postulasti ut in illis partibus istius modi quam tenet ecclesia romana forma seruetur non quo noua praecepta aliqua imperentur sed ea quae per desideam aliquorum neglecta sunt ab ominibus {*sic*} obseruari cupiamus quae tamen apostolica et patrum traditione sunt constituta scriptum est nam ad tesolonicenses apostolo paulo monente state et tenete traditiones nostras quas tradidi uobis siue per uerbum siue per epistolam {2 Th 2, 15} illud certe tuam debet mentem uehementius excitare ut ab omni labe sæculi istius inmunus {inmunis *corr.*}[191] ante dei conspectum et securus inueniaris cui mubtum {multum *corr.*} enim creditur plus ab eo exigitur in usura poenarum ergo[192] quoniam non probis {pro nobis *corr.*} tantum sed et pro populo christi praestare cogimur ratione disciplinam dominicam populum erudire debemus quosdam enim asseris extetisse qui statuta maiorum non tenentes castitatem eclesiae suae praesumptione uiolarent populi fauorem [f. 110r] sequentes et dei iudicium non timentes ergo ne silentio nostro existimemur his praebere consensum dicente domino per profetam uidebas furem et currebas cum eo {Ps 49, 18} haec sunt quae deinceps intuitu diuini iudicii omnem catholicum episcopum expedit custodire primum ut extra conscientia metropolitani episcopi nullus audeat ordinare integrum enim iudicium est quod plurimorum sententis confimatur ne unus episcopus ordinare praesumat ne furtiuum beneficium praestitum uideatur hoc enim et synodus nicena constituit

**de penitentibus**

Si quis uero post remisionem peccatorum cingulum militiae saecularis habuerit ad clericatum admitti omnino non debet si quae autem causae uel contentiones inter clericos tam superioris ordinis quam inferis fuerint exortae ut saecundum synodum nicenam congregatis eiusdem prouinciae episcopis iurgium {iudicium *corr.*} terminetur nec alicui liceat sine praeiudicio tamen

[191] Scratched correction.
[192] ut episcopus populum doceat *gl. in mg.*

romane ecclesiae cui in omnibus causis debetur reuerentia custodiri relictis his sacerdotibus qui in eadem prouincia dei ecclesias gubernant nuto diuino ad alias conuolare prouincias quod si quis forte praesumpserit ab officio clericatus submotus et iniuriarum reus ab omnibus iudicetur si maiores causae in medio fuerint deuolutae [f. 110v] ad sedem apostolicam sicut uetus consuetudo exigit post iudicium episcopalem {episcopale *corr.*}[193] referatur

**ut mulierem clericus non duxerit uxorem**

Quia scriptum est sacerdos uxorem uirginem accipiat non uiduam nec iectam {Lv 21, 13} utique qui ad sacerdotium labore suo et uitae probitate contendit cauere debet ne hoc praeiudio {praeiudicio *corr.*} inpeditus peruenire non possit

Ut is qui muli {*sic*} licet laicus duxit uxorem siue ante babtismum siue post non admittantur ad clericum quia eodem uitio uidetur exclusus in babtismo enim crimina dimittur {dimittuntur *corr.*} non accepte uxoris consortium relaxatur Ne is qui secundam duxerit uxorem clericus fiat quia scriptum est unius uxoris uirum {1 Tim 3, 2; 3, 12; Tit 1, 6} et iterum sacerdotes mei semel nubant {cf. Lv 21, 13–14} ac ne ab aliquibus existimetur ante baptismum si forte quis accipit uxorem et ea de saeculo recendente {recedente *corr.*} alteram duxerit in babtismo esse demisum satis errat a regula quia in babtismo peccata remittuntur non acceptarum uxorum numerus aboletur cum utique uxor ex legis [*]praecepto {praecepto *corr.*} ducatur in tantum ut et in paradiso parentes humani generis cum iungerentur ab ipso domino sunt benedicti et salamon dicat a deo praeparabitur uiro uxor {Pv 19, 14} quam formam etiam sacerdotes omnes seruare [f. 111r] ussus ipse ecclesiae demonstrat satis enim absurdum est aliquem credere uxorem ante babtismum acceptam post babtismum non conputari cum benedictio quae per sacerdotem super nubentes inponitur non materiam delinquendi dedisse sed formam tenuisse a deo legis institutae doceatur

**de hiis qui ante babtismum aut post baptismum ducunt uxores**

[193] Scratched correction.

Quod si non putatur uxor esse conputanda quae ante babtismum ducta est ergo nec filii qui ante babtismum generati sunt pro filiis haberentur ut {Aut *corr.*}[194] de aliena ecclesia clericos ordinare nullus usurpet nisi eius episcopus praecibus exoratus concedere uoluerit quod etiam nicæna uidetur synodus continere abiectus a sua ecclesia clericus ab altera non suscipiatur ecclesia Uenienientes {Uenientes *corr.*}[195] a nouationis uel montensibus per manus tantum inpositionem suscipiantur quia quamuis ab hereticis tamen in christi sunt nomine babtizati praeter eos qui si forte a nobis ad illos transeuntes rebabtizati sunt hii si repiscentes {resipiscentes *corr.*} et ruinam suam cogitantes redire malluerint sub longa poenitentia et satisfactione admittendi sunt praeterea quod dignum et pudicum et honestum est tenere ecclesia omnimodo debet ut sacerdotes et leuitæ cum uxoribus suis non misceatur quia ministeri cotidiani necessitatibus occupantur scriptum est enim sancti estote quoniam et ego sanctus sum dominus deus uester {Lv 19, 2} [f. 111v] nam priscis temporibus de templo dei sacerdotes anno uicis suae non discedebant sicut de zacharia legimus nec domum suam omnino tangebat quibus utique propter sobolis successionem uxori usus fuerat relaxatus quia ex alia tribu et praeter semine aaron ad sacerdotium nullus fuerat praeceptus accedere quanto magis hii sacerdotes uel leuitae pudicitiam ex die ordinationis suae seruare debent quibus uel sacerdotium uel ministerium sine successione est nec praeterit dies qua uel a sacrificiis diuinis aut a babtismatis officio uacent nam si beatus apostolus paulus ad chorinteos scripsit dicens abstinete uos ad tempus ut u[o]cetis {uacetis *corr.*} orationi {1 Cor 7, 5; cf. 1 Th 5, 22} et hoc utique laicis praecipit multo magis sacerdotes quibus et orandi et sacrificandi iuge officium est semper debebunt ad {ab *corr.*}[196] huiusmodi consortio abstinere qui si contaminatus fuerit carnali conpiscentia {concupiscentia *corr.*}[197] quo pudore uel sacrificare usurpauit aut qua conscientia quo uel merito exaudiri posse se credit cum dictum sit omnia munda mundis coinquinatis autem et infidelibus nihil est mundum {Tit 1, 15} sed fortasse licere hoc credit quia scriptum est unius uxoris uirum {1 Tim 3, 2; 3, 12; Tit 1, 6} non permanentem in concupiscentia generandi dixit sed propter continentiam futuram neque enim [f. 112r] integros corpore non admisit qui ait uellem autem omnes sic esse sicut et ego {1 Cor 7, 7} et apertius declarat dicens qui autem in carne sunt deo placere non possunt uos autem iam non estis in carne sed in spiritu {Rm 8, 8–9}

[194] Scratched correction.
[195] Scratched correction.
[196] Scratched correction.
[197] Scratched correction.

De monachis qui diu morantes in monasteriis post[**] {postea *corr.*} ad clericatus ordinem peruenerint non debere eos a priori propossito discendere aut enim sicut in monasterio fuit et quod diu seruauit in meliori gradu positus amitte {amittere *corr.*} non debet aut si corruptus postea babtizatus in monasterio sedens et ad clericatus ordinem accedere uoluerit uxorem omnino habere non poterit quia nec benedici cum sponsa potest iam corruptus quae forma seruatur in clericis maxime cum uetus regula hoc habeat ut quisquis corruptus babtizatus clericus esse uoluisset sponderet se omnino uxorem non ducere praeterea frequenter quidam a fratribus nostris curiales uel quibuslibet publicis functi honoribus occupatus {occupatos *corr.*}[198] facere clericos contendunt quibus postea maior tristitia cum de reuocandis eis aliquid ab imperatore pracipitur {praecipitur *corr.*} quam gratia nascitur de ascito constat enim eos in ipsis munis etiam uoluptates exhibere quas a diabulo inuentas esse non dubium est et ludorum munerum aparatibus aut [f. 112v] praeesse aut interesse sit certe in exemplum sollicitudo et tristitia fratrum quam sepe pertulimus imperatore praesente cum pro hiis sepius rogaremus quam ipse nobiscum positus cognouisti quibus non solum inferiores clerici ex curibalibus {curialibus *corr.*} uerum etiam in sacerdotio constitutis ingens mo[uel]estia {molestia *corr.*} ut redderentur instabat

Item quae christo spiritaliter nupserunt et uelari a sacerdote meruerunt si postea uel publice nupserint uel fuerint occulte corruptae non eas admittendas esse ad agendas paenitentiam ni[n]i {nisi *corr.*} is cui se iunxserat de hac uita decesserit si enim de hominibus saeculi haec ratio custoditur ut quaecumque uiuente uiro alteri nupserit habeatur adultera nec ei agendae paenitentiæ licentia concedatur nisi unus ex his fuerit defunctus quanto et illa tenenda est quae ante inmortali se sponso coniuxserat {coniunxserat *corr.*} et postea ad humanas nuptias transire elegit hae uero quae necdum sacro sunt uelamine consecrate tamen in propossito uirginali se promiserant permanere licet uelate non sint si forte nupserint hiis agenda aliquo tempore poenitentia sit quia[199] sponsio eius a deo tenebatur nam si inter homines solet bonae fidei contractus nulla ratione dissolui quanto ista pollicitatio quam cum deo pepigit solui sine uindicta non debet quod si apostolus paulus quae a proposito uiduitatis discesserunt [f. 113r] dixerit eas habere damnationem quia primam fidem inritam fecerunt {1 Tim 5, 12} quanto magis uirgines quae pactionis suae fidem minime seruauerunt haec itaquæ regula frater si plena uigilantia fuerit ab omnibus dei sacerdotibus custodita cessauit ambitio dissensio conquiescit heresis et scismata

[198] Scratched correction.
[199] quia] *corr. from* qua ?

non emergent locum non accipiet diabulus seuiendi manebit unianimitas iniquitas superata calcabitur ueritas spiritali feruore flagrabit pax praedicata labis in mente seruabitur inplebitur et dictum apostoli ut unianimes unum sentientes permaneamus in christo nihil per contentionem nobis neque per inanem gloriam {Phil 2, 2–3} uindicantes non hominibus sed domino nostro saluatori placentes cui est honor et gloria data XU kalendas martias honorio augusto UI et aristeneto consulibus

**incipit epistola papae sirici per diuersos episcopos misa**

OPtarem semper fratres karissimi dilectionis et pacis uestrae sinceritati gaudia nuptiare {nuntiare *corr.*}[200] ita ut uicissim discurrentibus litteris sospitatis indicio gauderetur at uero quia non patitur quietem nos ab incursatione {*sic*} sua uacare hostis antiquus ab initio mendax inimicus ueritatis aemulus hominis quem ut deciperet se ante decipit pudicitiae aduersarius luxoriae magister crudilitatibus pascitur abstinentia [f. 113v] puniendus fugit ieiunio ministris suis praedicantibus dum dicit esse superflua spem non habens de futuris apostoli sententia percusus {*sic*} dicentis manducemus et bibamus cras enim moriemur {1 Cor 15, 32} O infelix audacia o disperata mentis astutia iam incognitus sermo hereticorum intra ecclesiam cancri more serpebat ut occupans pectus totum hominem praecipitaret in mortem et nisi dominus sabaoth laqueum quem parauerat disrupisset scena tanti mali et hypocrissis puplicata multorum simplicium corda traxerat in ruinam quia facile ad deteriorem partem mens humana transducitur uolens per spatiosa uolitare quam arte uiae iter cum labore transire qua de re necessarium satis fuit dixerunt mihi quae illi gesta sunt ad uestram conscientiam cognoscendam mandare ne ignorantia cuiuspiam sacerdotes {sacerdotis *corr.*}[201] pesimorum hominum ecclesiam inrumpentium sub relegioso nomine contagio uiolaret sicut scriptum est domino dicente multi uenient ad uos in uestitu ouium intus autem sunt lupi rapaces a fructibus eorum cognoscetis eos {Mt 7, 15–16} hii sunt fidelicet {uidelicet *corr.*} qui quasi utilitate christianos se iactant ut sub uelamento pii nominis gradientes domum orationis ingressi sernem {sermonem *corr.*} serpentine disputationis effundant ut sagittent in obscuro rectos corde {Ps 10, 3} atque a ueritate catholica uertendo ad suae doctrinae rabiem diabulico [f. 114r] more transducant atque ouium semplicitatem {*sic*}

[200] Scratched correction.
[201] Scratched correction.

defraudent et quidem heresum malignitatem ab apostolis nunc usque dedicimus sed numquam tales canes ecclesiae misterium latratibus fatigarunt quales nunc subito hostis {hostes *corr.*}[202] fidei erumpentes doctrina perdita pululata cuius sunt discipuli uerborum fructibus prodiderunt namque cum alis hereticis singula sibi genera quaesitionum {*sic*} male intellegendo proposuerunt conuellere atque concepere de diuinis institutionibus isti non habentes uestem nuptialem {Mt 22, 12} sauciantes catholicas noui et ueteris testamenti ut dixi continentiam peruertentes spiritu diabulico interpraetantes inlecebroso atque uicto sermone aliquantos christianos coeperint iam uastare intra se contenentes nequitiae suae uirus uerum elati blasfemias {blasfemihas *corr.*} conscriptione temeraria puplicæ prodiderunt et disperatae mentis furore concepti passim in furorem gentilium puplicauere a fidelissimis christianis uiris genere optimis relegione praeclaris ad meam humilitatem subuecta scriptura honorifica uidetur esse uallata ut sacerdotali iudicio detecta diuinae legi contraria spiritalia sententia delerentur nos sane nuptiarum uota non aspernantes accipimus quibus uelamine intersumus sed uirgines quas nuptiae credant deo deuotas maiore honorificentia numeramus facto igitur [f. 114v] praesbyterio constitit doctrinae nostrae christianæ legi esse contrarium unde apostoli secuti praeceptum quia aliter quam qud {quid *corr.*} accipimus adnuntiabant omnium nostrum tam praesbyterorum et diacorum {diaconorum *corr.*} quam etiam totius cleri unam scitote fuisse sententiam ut iouianus ausentius geniales germanator felix plotinus mercianus ianuarius et ingeniosus Qui auctores nouae heresis et blasfemiae inuenti sunt diuina sententia et nostro iudicio in perpetuum damnati extra ecclesiam remanerent quod cusdituram {*sic*} sanctitatem uestram non ambigens haec scripta direxi per fratres et conpraesbyteros meos crescentem leopardum et alexandrum qui relegiosum officium fide possint adinplere feruenti

**incipit epistola innocent** {*sic*} **papae ad exsuperium episcopum tolasarum** {*sic*}

INnocentius exsuperio episcopo tolosano consulenti tibi frater karissime quid de proposita specie unaquaque sentirem pro captu intellegentiae mea {meae *corr.*} quae sunt uisa respondi quid sequendum uel dulcior ratio persuaderet uel auctoritas lectionis ostenderet uel custodita series temporum demonstraret et quidem dilectio tua institutum secuta prudentium ad sedem

[202] Scratched correction.

apostolicam refferre malluit quid deberet de rebus dubis custodire putius quam usurpatione praesumpta [f. 115r] quae sibi uiderentur de singulis optinere cur enim magis pudendum putemus discere aliquid quam omnino nescire mihi quoque ipsi de conlatione docibilitas accedit dum praescrutatis {*sic*} rationibus ad proposita respondere conpellor eoque fit ut aliquid semper addiscat qui postulatur docere proponam igitur singula subiciamque responsa

**de incontinentia legendum sirici papae**

Proposuisti quid de hiis obseruari debeat quos in diaconi ministeris aut in officio praesbyteri positos incontinentes esse aut fuisse generati filii prodederunt de his et diuinarum legum est disciplina et beatae recordationis uiri sirici episcopi monita euidentia commemorarunt ut incontinentes in officiis talibus positi omni honore ecclesiastico priuarentur nec admittantur accedere ad tale ministerium quod sola continentia oportet inpleri est enim uetus admodum sacrae legis auctoritas iam inde ab initio custodita quod in templo anno uicissitudines suae habitare praecepti sunt sacerdotes ut seruientes sacris oblationibus puros et ab omni labe purgatos sibi uindicent diuina misteria neque eos ad sacrificia fas sit admitti qui exercent {exercenst *corr.*} uel cum uxore carnale consortium quia scriptum est sancti estote quoniam et ego sanctus sum dominus deus uester {Lv 19, 2} quibus utique propter sobolis successionem propterea [f. 115v] uxoris ussus fuerat relaxatus quia ex alia tribu ad sacerdotium nullus fuerat praeceptus accedere quanto magis hii sacerdotes uel leuitae pudiciam {*sic*} ex die ordinationis suae seruare debent quibus uel sacerdotium uel ministerium sine successine {*sic*} est nec praeteriit dies qua uel a sacrificiis diuinis aut a babtismatis officio uacent nam si pauplus {paulus *corr.*} ad chorinteos scribsit dicens abstinete uos ad tempus ut uacetis orationi {1 Cor 7, 5} et hoc utique laicis praecepit multo magis sacerdotes quibus et orandi et sacrificandi iuge officium est semper debebunt ab huiusmodi consortio abstinere qui si contaminatus fuerit carnali concupiscentia quo pudore uel sacrificare usurpauit aut qua conscientia quoue merito exaudiri se credit cum dictum sit omnia munda mundis coinquinatis autem et infidelibus nihil est mundum {Tit 1, 15} sed fortasse hoc licere credit quia scriptum est unius uxoris uirum {1 Tim 3, 2; 3, 12; Tit 1, 6} non permanentem in concupiscentia generandi hoc dixit sed propter continentiam futuram neque enim integros corpore non admisit qui ait uellem autem omnes sic esse sicut et

ego {1 Cor 7, 7} et apertius declarat dicens qui autem in carne sunt deo placere non possunt uos autem iam non estis in carne sed in spiritu {Rm 8, 8–9} et habentem filios {1 Tim 3, 4} non generantem hoc dixit sed ea plane dispar et diuisa sententia est nam si ad aliquos forma illa ecclesiasticae uitae pariter et disciplinae quae [f. 116r] ab episcopo siricio ad prouincias commeauit non probabitur peruenisse hiis ignorantiae uenia remittetur ita ut de cetero penitus incipiant abstinere et ita gradus suos in quibus inuenti fuerint sic retentent ut ad potiora eis non liceat ascendere quibus in beneficio esse debet quo {quod *corr.*} hunc ipsum et locum quem tinent {*sic*} non amittunt si qui autem scissæ {*sic*} formam uiuendi missam a siricio deteguntur neque statim cupiditates libidinum abiecisse illi sunt modis [s]omnibus {omnibus *corr.*} submouendi qui post admonitionem cognitam praeponendam arbitrati sunt uoluptatem

**de hiis qui post babtismum omni tempore incontinenter uiuunt**

ET hoc quaessitum {quaesitum *corr.*}[203] est quid de hiis obseruari oporteat qui post babtismum omni tempore incontinentiae uoluptatibus dediti in extremo fine uitae suae penitentiae simul et reconciliationem communionis exposcunt de hiis {his *corr.*} obseruatio prior durior posterior uero interueniente misericordia inclinatior nam consuetudo prior tenuit ut concederetur penitentia sed commonione giraretur nam cum illis temporibus crebre persecutiones essent ne commonionis concessa facilitas homines de reconciliatione securos non reuocaret a lapsu merito negata communio est concessa penitentia ne totum penitus negaretur et duriorem remisionem fecit temporis [f. 116v] ratio sed postea quam dominus noster pacem ecclesis suis reddidit iam terrore depulso communionem dari obeuntibus {*sic*} placuit et propter domini misericordiam quasi uiaticum profecturis et ne nouatiani heretici negantes ueniam asperitatem et duriam {duritiam *corr.*} sequi uideamur tribuitur ergo cum penitentia extrema communio ut homines huiusmodi uel in supraemis suis permittente saluatore nostro a perpetuo exitio uindicentur

**III** Quaesitum est etiam super hiis qui post babtismum administrauerunt et aut tormento sola exercuerunt aut etiam capitalem sententiam protulerunt de hiis nihil legimus a maioribus

---

[203] Scratched correction.

definitum meminerant enim a deo potestates has fuisse concessas et propter uindictam noxiorum gladium fuisse permissum et dei esse ministrum uindicem in huiusmodi datum quem admodum igitur repraehenderent factum quod auctore domino uident esse concessum de his ergo ita ut actenus seruatum est sic habemus ne aut disciplinam euertere aut contra auctoritatem domini uenire uideamur ipsis autem in ratione reddenda gesta sua omnia seruabuntur et illut desideratum est sc[u]ri {sciri *corr.*}

**IIII** Cur commonicantes uiri cum adulteris uxoribus non conueniant cum contra uxores in consortio adulterorum uirorum manere uideantur super hoc christiana relegio adulterium in utroque pari sexu ratione condemnat sed uiros suos mulieres non facile [f. 117r] de adulterio accussant et non habent latentia peccata uindictam uiri autem liberius uxores adultera {adulteras *corr.*} aput sacerdotes defferre consuerunt et ideo mulieribus prodito earum crimine communio denegatur uirorum autem latente commisso non facile aliquis ex suspicionibus abstinetur qui utique submouebitur si eius flagitium detegatur cum ergo par causa sit interdum probatione cessante uindictae ratio conquiescit

**de aduocatis qui secum facinus promunt sententiam**

**U** Illut etiam sciscitare uoluisti an praeces dictantibus liberum concedatur utique post babtismi regenerationem a principibus poscere mortem alicuius uel sanguinem de reatu quam rem principes numquam sine cognitione concedunt sed ad iudices commissa ipsa uel crimina semper remittunt ut causa cognita uindicetur quae cum quaesituri fuerint delegata aut absolutio aut damnatio pro negoti qualitate profertur et dum legum in inprobos exercetur auctoritas erit dictator inmunis

**de uiris ac mulieribus quae soluto foedere nuptiali aliis se matrimonis copulant**

**UI** DE hiis etiam requisiuit dilectio tua qui interueniente repudio ali se matrimonio copularunt quos in utraque parte adulteros esse manifestum est qui uero uel uxore uiuente quamuis

dissociatum uideatur esse coniugum ad aliam copulam festinarunt neque possunt adulteri non uideri [f. 117v] in tantum ut etiam hae personae quibus tales coniuncti sunt etiam ipse {ipsæ *corr.*}[204] adulterium comississe uideantur saecundum illud quod legimus in euangelio qui demiserit uxorem suam et duxerit aliam mechabitur similiter et qui demisam duxerit mechatur {Mt 19, 19} et ideo omnes a communionibus abstinendos de parentibus autem aut propinquos {propinquis *corr.*}[205] eorum nihil tale statui potest nisi si incentores inliciti consorti fuisse detegantur

**de libris canonicis**

**UII** QUi uero liberi {libri *corr.*} recipiantur in canone breuis adnexus ostendit haec sunt quae desiderata moueri uoce uoluisti moysi libri U id est genesis. exodi. leuitici. numeri. deuternomi. et iesu nauei. iudicum I. regnorum. libri IIII. simul et ruth I. profetarum libri XUI. solomoni libri quinque psalterium item historiarum. iob. liber unus tobiae liber unus hester I. iutih {*sic*} unus machabeorum II. hæstrae II. paralippiminon. libri II. item noui testamenti euangeliorum IIII. apostoli pauli XIIII epistolae. iohannis III epistolae. petri II epistolae. iudæ I æpistola. iacobi una actus apostolorum. apocalipsis iohannis Cetera autem quae sub nomine mathiae siue iacobi minoris uel sub nomine petri et iohannis quae a quodam leucio scripta sunt uel sub nomine thomæ et si qua sunt alia non solum repudianda uerum etiam noueris esse damnanda [f. 118r]

**explicit innocenti**

**incipit eiusdem innocenti**

Innocentius rufo eusebio eustatio claudio maximiano eugerio gerontio iohanni policronio calicratio zosimo profuturo nicetae hermogeni uincentio assiologo terentiano herodiano et mariano episcopis machedonibus et diaconibus in domino salutem

[204] Scratched correction.
[205] Scratched correction.

Magna me gratulatio habuit cum post tot discrimina totius ut ita dixerim mundi uitalis archidiaconus uestrarum portitor literarum ex illis partibus ad nos usque directus aduenit quem cum uidissemus i[l]lico {ilico *corr.*} ut oportebat percunctati de uestro statu sumus uerum ubi repperimus uos ex sententia degere deo nostro uberes gratas {gratias *corr.*} retulimus quod suos famulos suisque altaribus seruientes et in aduersis tuetur et in prosperis gurbernare {*sic*} dignatur qui cum tradidisset epistolas praecipi ilico recensiri[206] in quibus multa posita peruidi quae stuporem mentibus nostris indicerent facerentque nos non modicum dubitare utrum aliter putaremus an illa ita essent posita quemadmodum personabant quae cum sepius repeti fecissem aduerti sedi apostolicae ad quam relatio misa quasi ad caput ecclesiarum currebat aliquam fieri iniuriam cuius adhuc in ambiguum sententia duceretur unde de quibus iam dudum sicripsisse {scripsisse *corr.*} memini nunc iterare [f. 118v] formam argumentis euidentioribus relationis regeminata percunctatio uestra conpellit

**I** EOs qui uiduas accipisse suggeruntur uxores non solum clericos effectos agnoui uerum etiam usque ad infulas summi sacerdoti peruenisse quod contra legis esse praecepta nullus ignorat nam moyses legislator clamitet ut sacerdos uxorem uirginem accipiat {Lv 21, 13} ac ne in hoc praecepto aliquid putaretur ambiguum addedit {*sic*} non uiduam neque eiectam {Lv 21, 14} contra quod praeceptum diuina auctoritate submissum nulla defensio mandati alterius opponitur nisi consuetudo uestra quae ut ipsi fatemini ex ignorantia et ut uericundius dicam non ex apostolica traditione et integra ratione constituta est nos autem omnesque per orientem occidentemque ecclesias nouerit uestra dilectio haec penitus non admittere nec ad ultimum ecclesiastica {ecclesiastici *corr.*}[207] ordinis locum tales adsumere et si reperti fuerint remouere

**de hiis qui ante babtismum ducunt uxores et dicunt qui {quia *corr.*}[208] per babtismum coniugium crimina esse abluta**

[206] recensiri] *corr. to* precensiri *by scratching ?*
[207] Scratched correction.
[208] Scratched correction.

**II** Deinde ponitur non dicio {dici *corr.*}[209] oportere digamum eum qui cathecuminus habuerit atque amiserit uxorem si post babtismum fuerit aliam sortitus eamque primam uideri quae noua {nouo *corr.*} homini copulata sit quia illud coniugium per babtismi sacramentum cum ceteris criminibus sit [f. 119r] ablutum quod cum de una u[s]ique {utique *corr.*} dicitur certe si tres habuerit in uetere possitus homine uxores erit ei quae post babtismum quarta est sic interpraetantibus prima uirginisque nomen accipiet quae quarto ducta est loco quis oro istud non uideat contra apostoli esse praeceptum qui ait unius uxoris uirum oportere fieri sacerdotem {1 Tim 3, 2; 3, 12; Tit 1, 6} sed obicitur quod in babtismo totum quidquid in ueteri homine est gestum sit solutum

**III** Dicite mihi cum pace uestra loquor crimina tantum dimittantur in baptismo an et illa quae saecundum legis praecepta ac dei instituta conplentur uxorem ducere crimen est aut non est crimen si crimen sst {est *corr.*} ergo praeuata {praefata *corr.*}[210] uenia dixerim erit auctor in culpa qui ut crimina committerent in paradiso eum {cum *corr.*} ipse ita eos iungeret benedixit si uero non est crimen quia quod deus iunxit nefas est crimin appellari et solomon addidit etenim a deo praeparabitur uiro uxor {Pv 19, 14}

**IIII** Quomodo creditur inter crimina esse demisum quod deo auctor elegitur {*sic*} consummatum quid de talium filiis percensetur numquam non erunt admittendi in hereditatis consortio qui ex ea suscepti sunt quae ante babtismum fuit uxor eruntque appellandi uel naturales uel puri {spuri *corr.*} quia non est legitimum matrimonium nisi illut ut uobis uidetur [f. 119v] quod post baptismum adsumitur ipse dominus cum interrogaretur a iudeis si liceret demitter {demittere *corr.*} uxorem atque exponeret fieri non debere addidit ergo quod dominus iunxit homo non separet {Mt 19, 6; Mk 10, 9} ac ne de hiis locutus esse credatur quae per baptismum sortiuntur meminerit hoc et iudeis interrogatum et iudeis esse responsum quaero et sollicitus quaero si una eademque sit uxor eius qui ante cathecuminus postea sit infidelis {fidelis *corr.*} filiosque ex ea cum esset cathecuminus susceperit ac postea alios cum fidelis utrum sint fratres appellandi an

[209] Scratched correction.
[210] Scratched correction.

non habeant postea defuncto patre heredes secundae hereditatis consortium quibus filiorum nomen abstulisse creditur regeneratio spiritalis quod cum ita sentire atque iudicare absordum est quae malum[211] ratio est hoc defendi et uacua opinionem magis iactari quam aliqua auctoritate roborari cum non possit inter peccata deputari quod lex praecipit et dominus {deus *corr.*} iunxit

**U** Numquid si quis cathecuminus uirtutibus studuerit humilitatem secutus fuerit patientiam tenuerit elymoysinas fecerit morti distinatos qualibet ratione eripuerit adulteria exorruerit castitatem tenuerit quæro si haec cum factus fidelis fuerit amittit quia per baptismum totum quod uetus homo gesserit putatur auferri aspiciamus gentilem hominem cornilium orationibus [f. 120r] adque elymoysinis reuelationem petrumque ipsum uidisse ne per babtismum haec illi abluta sunt propter quae ei baptismum uidetur esse concessum si ita creditur mihi credite non modicum erratur quia quidquid bene gestum fuerit et sæcundum legis praecepta custoditum non potest agenti deperire quod quia ex dei mandato efficitur non potest dici peccatum quod peccatum non est solui inter peccata credi omnino non debet eritque integrum aestimare aboleri non posse prioris nomen uxoris cum non demisum sit pro peccato quia ex dei sit uoluntate conpletum

**de hiis qui ab hereticis ordinantur**

**UI** Uentum est ad tertiam quaestionem quae pro sui dificultate longiorem exigit disputationem cum nos dicamus ab hereticis ordinatus {ordinatos *corr.*} uulneratum per illam manus inpositionem habere caput ut ubi uulnus infixum est medicina adhibenda est ut sanitatem possit recipere quae sanitas post uulnus secuta sine cicatrice esse non poterit atque ubi penitentiae remedium necessarium est illic ordinationis honorem locum habere non posse nam sicut legitur quod tetegerit inmundus inmundum erit quomodo id ei tribuitur quod munditia ac puritas consueuit accipere sed econtra adseritur eum qui honorem amissit dare non posse nec illum aliquid accipisse quia nihil in dante remanserat quod ille possit accipere adquiescimus et uerum est

[211] malum] *this word has been underlined*

Certe qui quod non habuit dare non potuit damnationem utique quam habuit [f. 120v] per prauam manus inpositionem dedit et qui conparticeps factus est damnato quomodo debeat honorem accipere inuenire non possum sed dicitur uera ac iusta legetimi sacerdotis[212] benedictio aufert omne uitium quod a uitioso fuerat iniectum

Ergo si ita est adplicentur ad ordinationem sacrilegi adulteri atque omnium criminum rei quia per benedictionem ordinationis crimina aut uitia putantur auferri nullus sit penitentiae locus quia id potest praestare ordinatio quod longa satisfactio praestare consuebit nos {nostra *corr.*}[213] uero lex est ecclesiae uenientibus ab hereticis quia tamen illic baptizati sint per manus inpositionem laicam tribuere communionem nec ex his aliquem in clericatus honorem uel exiguum subrogare at uero hii qui catholica ad heresim transierunt quos non aliter oportet nisi per penitentiam suscipi apud uos non solum penitentiam non aguunt uerum etiam honore cumulantur sed anysuii fratris nostri quondam aliorumque consacerdotum summa deliberatio haec fuit ut quos bonosus ordinauerat ne cum eodem remanerent ac fieret non mediocre scandalum ordinati reciperentur uicimus ut opinor ambigua iam ergo quod pro remedio ac necessitate temporis statutum est constat primitus non fuisse ac fuisse regulas ueteres quas ab apostolis aut apostolicis uiris traditas ecclesia romana custodit custodiendasque mandauit hiis qui[214] eam audire consuerint sed necessitas temporis id fieri magnopere postulabat [f. 121r]

Ergo quod necessitas pro remedio inuenit cessante necessitate debet utique cessare pariter quod urguebat quia alius est ordo legitimus alia usurpatio quam tempus fieri ad praesens inpellit sed canones aput niceam constituti de nouationis {*sic*} fieri permiserunt prius ille canon a patribus institutus ponendus est ut possimus aduertere uel quid uel qualiter sensum ab eisdem sit uel praeceptum de hiis inquid qui nominant seipsos catharos id mundos et aliquando ueniunt ad catholicam ecclesiam placuit sanctae et magnae synodo ut accepta manus inpositionem sic maneant in clero posum {*sic*} uere dicere de solis hoc nouatianis esse praeceptum nec ad aliarum herisum {*sic*} clericos pertinere nam si utique de omnibus ita definirent addedissent

---

[212] sacerdotis] sacer *with macron over* er
[213] Scratched correction.
[214] qui] *minuscule* q *with cross through descender; the scribe uses the same abbreviation for* quia *when writing half-uncial script*

A nouatianis aliisque hereticis reuertentes debere in suum ordinem recipi quod ita esse etiam illud maxime quod de paulianistis dictum est poterit confirmare a quibus uenientes etiam babtizari praecipiunt

Numquid nam iam de paulianistis iubent omnes qui ab hereticis reuertuntur erunt hoc exemplo baptizandi quod cum nullus audeat facere de ipsis tantum esse praeceptum ratio ipsa demonstrat denique babtizatus rite ab euangelista philippo petrus et iohannis sola manus inpositione consummant illos uero quos apostolus [f. 121v] paulus iohannis baptismatae baptizatos repperit interrouitque {interrogauitque *corr.*} an spiritum sanctum suscipissent fatentibus se illut ne quidem nomen audisse iusit eos baptizari uidetis ergo rite baptizatos illo dono iterari non posse et aliter sola aqua lotos baptizari in nomine patris et filii et spiritus sancti necessarium peruideri ita et de nouatianis tantum iusum esse lucida manifestatione relegitur quod idcirco destinctum esse ipsis duabus heresibus ratio manifesta declarat quia paulianiste in nomine patris et filii et spiritus sancti neminem baptizabant et nouatiani hisdem nominibus tremendis uenerandisque baptizant nec aput istos de unitate potestatis diuinae hoc est patris et filii et spiritus sancti quaestio aliquando commota est et ideo de omnibus segregatis haec sola electa est cui istud crederent concedendum quia nihil in patris et filii et spiritus sancti sacramento peccarent

**de catholicis qui ad heresim transeat**

SI quis uero de catholica ad heresim transiens aut fidelis ad apostatas iam reuersu[o] {reuersus *corr.*} resipiscens redire uoluerit numquid eadem ratione poterit ad clerum permitti quorum comisum non nisi longa penitentia poterit aboleri Nec post penitentiam clericum fieri ipsi canones sua auctoritate permittunt Unde constat qui de catholica ad bonosum transire damnatum adque se passi sunt uel [f. 122r] cupierunt ab eodem ordinari non oportuisse ordinationes {ordinationis *corr.*}[215] ecclesiastice suscipere dignitatem qui commune omnium iudicium ecclesiarum deserentes suam peculiariter in bonoso uanitatem sequandam {sequendam *corr.*} esse dixerunt

---

[215] Scratched correction.

**de hiis qui a bonoscic** {*sic*} **ordinati sunt**

Sed multos constat uim passos atque inuitos adtractos repugnantesque ab eodem ordinatos dicat mihi uolo quisque hoc credit si non post ordinationem bonosi interfuit cum conficeret sacramenta si commoni {communioni *corr.*} eius participatus non est si statim discedentibus de eius pessimo concylio ad ecclesiam rediit et iste talis inuenitur habere excussationis aliquem colorem

Ceterum alii qui uel post annum uel menses ad ecclesiam redierunt intellegitur eos qui in catholica nouerunt se propter uitia sua non posse suscipere ordinationem

Idcirco ad illum perrexisse qui passim ac sine ulla discussione ordinationes inlicitas faciebat credentes se posse per istam institutionem in catholica inuenire locum de quo ante desperauerunt nunc illut quod superest interrogo qui post mensem aut amplius rediit cum se praesbyterum a bonoso confideret ordinatum si non sacramenta conficit si non populis tribuit si misas non secundum consuetudinem conpleuit quid de his censeatis quaeso promatis apertius ad sumam certe qui nihil a bonoso ut acciperunt rei sunt usurpatæ dignitatis qui conficiendorum sacramentorum sibi uindicauerunt [f. 122v] aut non uincauerunt {*sic*} auctoritatem atque id se putarent esse quod eis nulla fuerat regulari ratione concessum peruidet ergo dilectio uestra actenus alia {talia *corr.*} transisse et aduertite quod dicitis necessitas inperauit in pace iam aecclesias constitutas non praesumere sed ut sepe accedit quotiens a populis aut a turba peccatur quia in omnes propter multitudinem uindicare non potest inultum solere transire priora demittenda dico dei iudicio de reliquo maxima sollicitudine praecauendum ueniam nunc ad maximum quasi quandam thema fotinum et quod est mihi anxium ac difficilimum maiorum meorum reuoluam sententias fuerat de illo quoquo pacto ut etiam ipsi commeministis aliquid utique grauius constitutum uerum quia id per rummorem {*sic*} falsum ut adseritis subreptum huic sedi et elicitum per insidias demonstratis quia res ad salutem rediit et ueniam nos hanc tantum uobis adnitentibus post condemnationem more apostolico subrogamus tantisque uestris adsertionibus uobis tam bonis quam caris non dare consensum omnibus duris rebus durus {durius *corr.*} arbitramur pro uestra ad probatione fratres carissimi sententia ac postulatione episcopum fotinum habitote licitum ita constituere ut depraecamini et nostram in melius conuersam sententiam labore uel testimonio uestro conpotis uotis suscipite aeque eustathium a me sepessime conprobatum nolite exspectare ut diaconii gratia expolietur sollicitus enim uos pro

salute libenter audio contra con {*sic*} caput [f. 123r] etiam si faciendum sit non libenter admitto cui manum porrigetis uobiscum porrigo cui porrigo mecum porrigite haec enim ad chorintheos apostolica est declarata benignitas ut in spiritu ductam ac reductam sententiam boni semper indeferenter sequantur nam fateor haec me primum res bene habet erga eustathium diaconum quod nec contra fidem quicquam locutus sit nec contra loquentem admiserit nec ad mortem crimen aliquod admississe uel iactatum umquam uel uictum recognouerim et qui in hiis saluus est si quo pacto conuersationes amabiles non habet habendus est ut minus pro tempore dilectus non ut inimicus aestimatus diabulo in perpetuum manciipandus {mancipandus *corr.*} cognosco illum inter illas simultates ac turbines contra multorum studia non dico qualia diuersa sensisse et hinc cum res calamitatesque ipsae emendatae sint adhuc huius diozeniani et quiriaci subdiaconorum non potuisse apud uos reuiuiscere commendatione extinguite quaeso ab illo praedictisque quorumcumque uidetis animos ac non iustas æmulationes ut ipse aput nos integer aput uos cum suis reparatus profunda pace non ficta peruidens caritatem omnibus uobis ac singillatim occurrat caritas uinculisque nullis modis a christo soluatur uobiscum pariter in perpetuum conexa laetetur in domino date {data *corr.*} ides decembris flauio constantino U consulibus [f. 123v]

**leo episcopus rustico episcopo narbonensi**

Subditis responsionibus et ad eiusdem consulta responden[*]s {respondens *corr.*} epistolas fraternitatis tuae quas hermes archidiaconus tuus detulit libenter accipi diuersarum quidem causarum conexione multiplices sed non ita patienti {patientia *corr.*} legentis honerosas ut aliquid earum inter concurrentes undique sollicitudinis fuerit praetermisum unde totius sermonis tui allegatione concepta et gestis quae in episcoporum honoratorumque exanimae confecta sunt recensitis sabiniano et leoni praesbyteris actionis tuae intelleximus fiduciam defuisse nec eis iustam superesse quaerimoniam qui se ab inchoatis disceptationibus sponte subtraxerint circa qu[a]s {quos *corr.*} quam formam quamue mensuram debeas tenere iustitiae tuo relinquo moderamini suadens tamen caritatis hortatu ut sanandis egris spiritalem debeas adhibere medicinam et dicente scriptura noli esse nimium iustus {Ecl 7, 17} mitius agas cum eis qui zelo

pudicitiae uidentur modum excississe uindictae ne diabulus qui decipit adulteros de adulteris exultet ultoribus

Miror autem dilectionem tuam in tantum scandalorum quacumque occassione nascentium aduersitate turbari ut uacationem ab episcopatus laboribus optare te dicas et male in silentio atque otio uitam degere quam in his quae tibi com[f. 124r]missa sunt permanere dicente uero domino beatus qui perseuerauerit usque in finem {Mt 24, 13} unde erit beata perseuerantia nisi de uirtute patientiae nam saecundum apostolicam praedicationem omnes qui uoluerint in christo pie uiuere persecutionem patientur {2 Tim 3, 12} quae non in eo tantum conputanda est quod contra christianam pietatem aut ferro aut ignibus agitur aut quibuscumque supplicis cum persecutionem {persecutionum *corr.*}[216] seuitiam suppleant et dissimilitudines morum et contumaciae inoboedientium et malignarum tela linguarum quibus conflictionibus cum omnia semper membra pulsentur et nulla piorum portio a temptatione sit libera ita ut periculis nec otia care[n]nt {careant *corr.*} nec labores quis inter fluctus maris nauem diregit si gubernator abscedit quis ab insidiis luporum custodiet oues si pastoris cura non uigilet quis denique latronibus obsistet et furibus si speculatorem in prospectu explorationis locatum ab intentione sollicitudinis amor quietis abducat permanendum ergo est in opere credito et in labore suscepto constanter tenenda est iustitia et benigne praestanda clementia odio habeantur peccata non homines corripiantur tumidi tollerentur infirmi et quod seuerius castigari necesse est non seuientis plectatur animo sed medentis ac si uehementior tribulatio incubuerit non ita expauisca[f. 124v]mus quasi illi aduersitati propriis uiribus resistendo cum et consilium nostrum et fortitudo sit christus ac sine quo nihil possumus per ipsum cuncta possimus qui confirmans praedicatores euangelii et sacramentorum ministros ecce ego inquid uobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem saeculi {Mt 28, 20} et iterum haec inquid locutus sum uobis ut in me pacem habetis in hoc autem mundo tribulationem habebitis sed bono animo estote quia ego uici mundum {Io 16, 33} quae pollicitationes quia sine dubio manifestae sunt nullis debemus scandalis infirmari ne electioni dei uideamur ingrati cuius tam potentia sunt adiutoria quam uera promisa

De consultationibus autem dilectionis tuae quas separatim conscriptas archidiconus {*sic*} tuus detulit quid sententiendum {sentiendum *corr.*} sit inter praesentes oportunius quaereretur si

[216] Scratched correction.

nobis conspectus tui copia proueniret Nam cum quaedam interrogationes modum intellegentiae uideantur excedere intellego eas conloquis aptiores esse quam scriptis quia sicut quaedam sunt quae nulla possint ratione conuelli ita multa sint quae aut pro consideratione aetatum aut pro necessitate rerum oporteat. temperari illa semper condicione seruata ut in hiis quae uel dubia fuerint aut obscura id nouerimus sequendum quod nec praeceptis euangelicis contrarium nec decretis sanctorum patrum inueniatur aduersum [f. 125r]

Nulla[217] ratio sinit ut inter episcopos habeantur qui nec a clericis sunt electi nec a plebibus sunt expetiti nec a prouincialibus episcopis cum metropolitani iudicio consecrati Unde cum spe {sepe *corr.*}[218] quaestio de male accepto honore nascatur quis ambigat nequaquam istis esse tribuendum quod non doceatur fuisse conlatum si qui autem clerici ab istis pseduoepiscopis {pseudoepiscopis *corr.*}[219] in eis ecclesis ordinati sunt qui ad proprios episcopos pertinebant et ordinatio eorum consensu et iudicio praesidentium facta est potest rata haberi ita ut in ipsis aecclesiis perseuerent

Aliter autem uana habenda est creatio quae nec loco fundata est nec auctoritate munita

**de praebytero** {*sic*} **uel diacono qui recognito crimine suo penitentiam puplicum petat utrum eis per manus inpostione** {*sic*} **danda sit**

Alienum est a consuetudine ecclesiastica ut qui in praesbyterali honore aut diaconi gradu fuerint consecrati hii pro crimine aliquo suo per manus inpositionem remedium accipiant penitendi quod sine dubio ex apostolica traditione discendit saecundum quod scriptum est sacerdos si peccauerit quis orabit pro illo {1 Sm 2, 25} unde huiusmodi lapsis ad promerendam misericordiam dei priuata est expetenda successio ubi illis satis [f. 125v] factio si fuerit digna sit etiam fructuosa

**de hiis qui alterio ministrant et coniuges habeant utrum eis licito misceantur**

[217] incipiunt inquisitiones *gl. in mg.*
[218] Scratched correction.
[219] Scratched correction.

LEX continentiae eadem est altaris ministris quae episcopis atque praesbyteris quae cum essent laici siue lectores licito ex {et *corr.*} uxores ducere et filios procreare potuerunt sed cum {ad *add. sup. lin.*} praedictos peruenerunt gradus coepit eis non licere quod licuit unde et de carnale fiat spiritale coniugium oportet eos nec demittere uxores et quasi non habeant sic habere quo et salua sit caritas conubiorum et cesset operatio nuptiarum

**de praesbytero et diacono qui filiam suam uirginem illi uiro in coniugium dederit qui iam habebat coniunctam mulierem ex qua etiam filios susciperet**

Non omnis mulier uiro iuncta uxor est uiri quia nec omnis filius heres est patri nuptiarum autem foedera inter ingenuos sunt legitima et inter aequales multo prius hoc ipsud domino constituente quam initium romani iuris existeret itaque aliud est uxor aliud concubina Sicut aliud ancella aliud libera propter quod etiam apostolus ad manifestandam harum personarum discretionem testimonium ponit ex genesi ubi dicitur ad abrahae eiece ancellam et filium eius non heres erit filius ancellae cum filio meo isaac[220] {Gn 21, 10} [f. 126r]

Unde cum societas nuptiarum ita ab initio constituta sit ut praeter sexum coniunctionem haberet in se christi et aecclesiae sacramentum dubium non est eam[221] mulie {*sic*} non pertinere ad matrimonium in qua docetur nuptiale non fuisse myterium {*sic*} igitur cuiuslibet loci clericus si filiam suam uiro habenti concubinam in matrimonium dederit non ita accipiendum est quasi eam coniugato dedierit {dederit *corr.*} nisi forte illa mulier et ingenua facta et dotata legitime et pupliciis nuptiis honestate uideatur

**de puellis quae concubinas habentibus nupserint**

Pæterno arbitrio uiris iunctae carent culpa si mulieres quae a uiris habebantur in matrimonio non fuerint

[220] isaac] *corr. from* isacc *?*
[221] eam] *corr. from* eum *?*

**de hiis qui mulieres ex quibus filios relinquunt et uxores accipiunt**

Quia aliud est nupta aliud concubina ancellam a thoro abiecere et uxorem certe ingenuitatis accipere non duplicatio coniugii sed profectus est honestatis

**de hiis qui un** {*sic*} **egritudine poenitentiam accipiunt et cum se leuauerint agere eam nolunt**

CUlpanda est talium neglegentia sed non penitus deseranda {*sic*} ut crebris cohortationibus incitati quod necessariae expetierunt fideliter exequantur nemo enim desperandus est dum in hoc corpore constitutus est quia non numquam [f. 126v] quod diffidentia aetatis differtur consilio maturiore perficitur

**de hiis qui penitentiam iam deficientes accipiunt et ante commonionem**

HOrum causa dei iudicio reseruanda est in cuius manu fuit ut talium obitus usque ad communionis remedium differtur nos autem quibus uiuentibus non communicamus mortuis communicare non possumus

**de hiis qui dolore nimio per urguente rogant dari sibi penitentiam et cum uenerit praespiter daturus quo petebat si dolor parum per qui euenerit excussunt et nolunt accipere quod offertur**

DISsimulatio haec potest non de contemptu esse remedii sed de metu grauius delinquendi unde penitentia quae dalata {delata *corr.*} est cum studiosius petita fuerit non negetur ut quoquo modo ad indulgentiae medicinam anima uulnerata perueniat

**de hiis qui penitentiam professi sunt si in foro litigare coeperint**

ALIut quidem est debita iuste reposcere aliut propria perfectionis amore contemnere sed inlicitorum ueniam {postulantem *add. in mg.*} oportet multis etiam licitis abstinere dicente apostolo omnia licent sed non omnia expediunt {1 Cor 6, 12}

Unde si penitens habet causam quam neglegere forte non debeat melius expetit ecclesiasticum quam forense iudicium [f. 127r]

**de hiis qui in penitentiam uel post** {uo *(?) add. sup. lin.*}[222] **penitentiam negotiantur**

QUalitas lucri negotiantem aut excussat aut arguit quia est honestus quaestus et turpis uerumtamen penitenti utilius est dispendia pati quam periculis negotiationis obstringi quia difficile est inter ementis uendentisque commercium non interuenire peccatum

**de hiis qui** {post *add. sup. lin.*}[223] **penitentiam ad militiam reuertuntur**

COntrarium omnino est ecclesiasticis regulis post penitentiae actionem rediredire {redire *corr.*} ad militiam saecularem cum apostolus dicat nemo militans deo inplicat se negotiis saecularibus {2 Tim 2, 4} Unde non est liber al[i]qua eis {a laquaeis *(sic) corr.*}[224] diabuli qui se malitia {militia *corr.*}[225] mundana uoluerit inplicare

**de hiis qui post penitentiam uxores accipiunt uel concubinas sibi coniungunt**

IN aduliscentia constitutus si urguente aut metu aut captiuitatis periculo penitentiam gessit et postea timens lapsum incontinentiae iuuenalis copulam uxoris elegit ne crimen fornicationis incurreret rem uidetur fecisse iuuenalem si praeter coniugem nullam omnino cognouerit in quo tamen non regulam constituimus sed quid sit tollerabilius aestimus {aestimamus *corr.*} nam

[222] Scratched correction.
[223] Scratched correction.
[224] Scratched correction.
[225] Scratched correction.

saecundum ueram cognitionem nihil magis ei congruit qui penitentiam gessit quam castitas perseuerans et mentis et corporis [f. 127v]

**de monachis qui ut militare coeperint aut uxores acciperint**

Propositum monachi proprio arbitrio aut uoluntate susceptum deseri non potest absque peccato quod enim quis uobit {uouit *corr.*}[226] deo debet et redde Unde qui relicta professione ad militiam uel ad nuptias deuolutus puplicae penitentiae satisfactione purgandus est quia etsi innocens militia et honestum potest esse coniugium electionem meliorum deseruisse transgressio est

**de puelli quae aliquandiu inhabiti {in habitu *corr.*}[227] relegiose fuerunt non tamen consecratae sis {si *corr.*} post nupserunt**

Puellae quae non parentum coactae inperio sed spontaneo iudicio uirgitatis {uirginitatis *corr.*}[228] propositum atque habitum susceperunt si postea nuptias eligunt praeuaricantur etiam si consecratio non accessit cuius utique non fraudatrentur {fraudarentur *corr.*} munere si in proposito permanerent

**de hiis qui a parentibus paruuli derelicti sunt et utrum babtizati sunt non potest inuener {inueneri *corr.*}[229] an debeant babtizari**

SI nulla exstant indicia inter propinquos aut familiares nulla inter clericos aut uicinos quibus hii de quibus quaeritur babtizati fuisse doceantur agendum est ut renascantur ne manifeste pereant in quibus quod non ostenditur gestum ratio non sinit ut uideatur iteratur [f. 128r]

---

[226] Scratched correction.
[227] Scratched correction.
[228] Scratched correction.
[229] Scratched correction.

**de hiis qui paruuli ab hostibus capti sunt et non se sapiunt babtizatos sed sciunt se aliquotiens ad ecclesiam a parentibus ductos utrum possint uel beant** {*sic*} **cum romaniam uenerint babtizari**

Qui posunt {possunt *corr.*} meminisse quod ad ecclesiam ueniebant cum parentibus suis possunt recordari an quod eorum parentibus dabatur acceperent sed si etiam hoc ab ipsorum memoria alienum est conferendum eis uidebitur quod conlatum esse nescitur quia non temeritas interuenit praesumpsionis ubi est diligentia pietatis

**de hiis qui ex affrica uel auritani** {*sic*} **uenerunt et nesciunt in qua secta sint babtizati quid circa eos debeant**

NOn se isti babtizatus nesciunt sed cuius fidei fuerint qui eos baptizauerunt se nescire profitentur unde quoniam quolibet modo formam baptismatis acciperunt baptizandi non sunt sed per manus inpossitionem uirtute spiritus sancti quam ab hereticis accipere non potuerunt catholicis copulandi sunt

**de hiis qui paruuli quidem babtizati agentibus capti sunt et cum illis gentiliter confixerunt cum ad romaniam uenerint si commonionem petierint quid erit obseruandum** [f. 128v]

SI conuiuio solo gentilium et esciis immolaticiis ussi sunt possunt ieiuniis et manus inpositione purgari ut deinceps idoloticis abstinentes sacramentorum christi possunt esse participes si autem aut idolis immolauerunt aut homicidiis uel fornicationibus contaminati sunt ad communionem eos nisi per penitentiam puplicam non oportet admitti

**explicit papae leonis ad rusticum narbonensis**

**incipit epistola papae leonis ad mayros** {*sic*} **episcopus**

Cum in ordinationibus saecerdotum {sacerdotum *corr.*} quaedam aput os inlicite usurpata crebrior ad fama narraret ratio pietatis exigitun {exigit ut *corr.*} pro sollicitudine quam uniuersae aecclesiae ex diuina instituitione {*sic*} dependimus rerum fidem studeremus agnoscere uicem curae nostrae fratri et consacerdoti nostro potentio delegantes quid de episcopis quorum culpauilis {culpabilis *corr.*} ferebatur electio ueritas haberet inquireret nobisque omnia fideliter indicaret unde quia idem plenissime cuncta reserauit et sub quibus qualibusque rectoribus quaedam christi plebs in partibus prouinciae cessariensis habeatur sincercera {sincera *corr.*} nobis relatione patefecit necessarium fuit ut dolorem cordis nostri quo pro dominicorum gregum periculis aestuamus datis ad uos litteris promeremus mirantes tantum apud uos per occassionem temporis inpacati aut ambitium [f. 129r] praesumptione aut tumultum ualuisset popularem ut indignis quibusque et longe extra sacerdotalem meritum constitutis pastorale fastigium et gubernatio ecclesię crederetur non est hoc consulere populis sed nocere nec praestare regimen sed augere discrimen integritas enim praesidentium salus est subditorum et ubi est incolomitas oboedientiae ubi {ibi *corr.*} sana est forma doctrinae principatus autem quem aut seditio extorsit aut ambitus occupauit etiam si moribus atque actibus non offendit ipsius tamen initi sui perniciosus exemplo et difficile est ut bono peragantur exitu quae malo sunt inchoata principio quod si in quibuslibet ecclesiae gradibus prouidenter scienterque curandum est in domini domu nihil sit inordinatum nihilque praeposterum quanto magis elaborandum est ut in electione eius qui supra omnes grados {*sic*} constituetur non erretur nam totius familiae status et ordo nutauit si quod requiritur in corpore non inueniatur in capite ubi est illa beati beati {*sic*} pauli apostoli per spiritum dei misa praeceptio quia {qua *corr.*} in persona timothei omnium sacerdotum christi numerus eruditur et perinde unicuique nostrum dicitur manus cito nemini inposueris neque communicaueris peccatis alienis {1 Tim 5, 22} quid est manus cito memini {nemini *corr.*} inponere nisi ante aetatem maturitatis ante tempus examinis [f. 129v] ante meritum laboris ante experientiam disciplinae sacerdotalem honorem tribuer {tribuere *corr.*} non probatis et quid est communicare peccatis alienis nisi talem effici ordinantem qualis ille est qui non meruit ordinari Sicut enim boni operis sibi conparat fructum qui rectum seruat in elegendo sacerdotem iudicium ita graui semetipsum affecit damno qui ad suae dignitatis collegium sublimat indignum non enim in cuiusquam persona praetermittendum est quod in statutis generalibus continetur nec putandum est honor ille legitimus qui fuerit praeuaricatione conlatus dicente enim apostolo ut inter alias electionis regulas si episcopus ordinetur quem unius uxoris uirum fuisse aut esse constiterit tam

sacrata semper habita sit ita {ista *corr.*} praeceptio ut etiam de muliere sacerdotis elegendi eadem intellegetur seruanda condicio ne forte illa priusquam in matrimonium eius ueniret qui aliam non habuisseset {*sic*} uxorem alterius uiri esset experta coniugium

Quis igitur dissimulare audeat quod in tanti sacramenti perpetratur iniuriam cum huic magno uenerandoque mysterio ne legis quidem statu {*sic*} defuerint quibus euidenter est definitum et uirginem sacerdos accipiat et alterius thorum nesciat coniugi quae uxor est futura pontificis iam tum enim in sacerdotibus figurabatur christi et ecclesiae spiritale coniugium et quoniam uir [f. 130r] caput est mulieris discat sponsa uerbi non alium uirum nosse quam christum qui merito unam elegit unam dilegit et aliam praeter misam suo consortio non adiuncxit Si ergo etiam in ueteri testamento haec sacerdotalium coniugiorum forma seruata est quanto magis sub releuata iam gratia constituti apostolicis debemus seruire praeceptis ut quamlibet quis bonis moribus praeditus et sanctis operibus inueniatur ornatus nequaquam tamen uel ad diaconi gradum uel ad praesbyterii honorem uel ad episcopatus culmen ascendat si aut ipsum non unius uxoris uirum aut uxorem eius non unius uiri fuisse constiterit Monente uero apostolo atque dicente et hii autem probentur primo et sic ministrent {1 Tim 3, 10} quid aliut intellegendum putamus nisi ut in his profectionibus non solum matrimoniorum priuilegia sed etiam laborum merita cogitemus ne aut a baptismi nudibus aut a saeculari actu repente conuersis officium pastorale credamus cum per omnes gradus militiae christianae decre {de incrementis *corr.*} profectum debeat aestimari an possit cuiusque {cuique *corr.*} maiora committi merito beatorum patrum uenerabiles sanctiones cum de sacerdotum electione loqueretur eos demum idoneos sacris administrationibus censuerunt quorum omnes aetates a puerilibus exordiis [f. 130v] usque ad prouectiones annos per disciplinae ecclesiasticae stipendia cucurrissent ut unicuique testimonium prior uita praeberet nec possede eius prouectione dubitari cui pro laboribus multis pro moribus castis pro actibus strenuis celsioris loci praemium debetur si enim ad honorem mundi sine suffragio temporis sine merito laboris indignum est perueniri et notari ambitus solent quos probitatis documenta non adiubant quam dilegens et quam prudens habenda est [s]dispensatio {dispensatio *corr.*} diuinorum munerum et caelestium dignitatum ne in aliquo apostolica et canonica decreta uiolentur et {in *add. sup. lin.*} hiis ecclesia domini regenda credatur qui legitimarum institutionum inscii et totius humilitatis ignari non ab infimis sumere incrementum sed a summis uolunt habere principium cum ualde iniquum sit et absurdum ut inperiti magistris noui antiquis et rudes praeferentur emeritis exinde quidem magna necessitas est ut sicut apostolus dixit uasa diuersa sint quaedam aurea et argentea

quaedam uero li[n]nea {lignea *corr.*} et fictilia sed horum ministerium pro materiae qualitate diuiditur nec qui est praetiosorum idem ussus {est *add.*} uilium nam ornata erunt omnia si fictilia aureis et lignea praeferantur argenteis sicut autem in fictilibus eorum hominum species figuratur qui nullis adhuc uirtutibus nitent ita in aureis [f. 131r] et argenteis hii sine dubio declarantur qui per longe eruditionis ignem et per fonacem {fornacem *corr.*} diuturni laboris excocti aurum probatum et argentum purum esse meruerunt quibus si merces pro deuotione non redditur omnis obedientia resoluitur omnis ordo turbatur in ecclesia qui nullum subierunt ministerium peruerso elegentium iudicio indebitum optinent principatum

Cum ergo inter uos tantum ualuerint aut studia popularium aut ambitus superborum ut non solum laicos sed etiam secundurum {secundarum *corr.*} uxorum uiros aut uiduarum maritos ad officium cognoscamus pastorale prouectos nonne apertissimę exigunt causae ut ecclesias in quibus ista commissa sunt iudicio seuiore purgemus et non solum in tales praesules sed etiam in ordinatores eorum digna districtione moueamur sed circumstat nos hinc mansuetudo clementiae hinc censura iustitiae Et quia uniuersae uiae domini misericordia et ueritas cogimur saecundum apostolicae sedis pietatem ita nostram temperare sententiam ut trutinatu {trutinato *corr.*}[230] pondere delictorum quae constat non unius esse mensurae quae {quaedam *corr.*} definiamus utcumque tolleranda quaedam uero penitus amputanda si secundas nuptias inierunt uel uiduarum se coniugio sociarunt in sacerdotio manere non patimur et multo magis illum qui simul duarum est maritus uxor[e]m {uxorum *corr.*} uel illum qui prima uxore [f. 131v] demisa alteram duxisse perhibetur priuandos honores decernimus

Ceteros uero quorum prouectio hoc tantum reprehensionis incurrit quod ex laicis ad officium episcopale delecti sunt neque ex hoc quod uxorem habent possunt esse culpabiles susceptum sacerdotium tenere permittimus non praeiudicantes apostolicae seds {sedis *corr.*} statutis nec processorum nostrorum nostrisque decretis quibus salubriter constitutum est ne primum uel saecundum in ecclesia gradum aut tertium quisquam quibuslibet laicorum suffragiis fultus asendat {*sic*} priusquam ad hoc meritum per legitima augmenta perueniat quod enim nunc utcumque uenia est inultum postmodum esse non poterit si quisque id quod omnino interdicimus usuipare {usurpare *corr.*} praesumpserit quia remisio peccati non dat licentiam delinquendi nec quod potuit aliqua ratione concedi amplius patiemur inpune committi

[230] Scratched correction.

DOnatum autem saiacenensem ex nouatiano cum sua ut conperimus plebe conuersum ita dominico gregi uolumus praesidire ut libellum fidei suae ad nos meminerit dirigendum quod et nouatiani dogmatis damnet errorem et plenissime confiteatur catholicam ueritatem maximum quoque ex laico licet repraehensibiliter ordinatum tamen si donatista iam non est et ab spiritu scismaticae prauitatis alienus est ab episcopali quam quoquo modo {quomodo *corr.*} adeptus est non repellimus dignitate ita ut et ipse libello [f. 132r] ad nos edito catholicum se esse manifestet

De aggaro uero et tiberiano quorum a ceteris qui ex laicis ordinati sunt in hoc causa diuersa est quod eorum ordinationi atroces tumultus et saeuae seditionis {seditiones *corr.*}[231] memorantur esse famulatę uestro iudicio cuncta commissimus ut relata habiti aput uos examinis fide quid de supradictis statuendum sit scrire {*sic*} possumus Illae autem famulae dei quae integritatem pudoris oppressione barbarica perdiderunt laudabiliores erunt in humilitate ac uerecundia sua si se incontaminatis non audeant conparare uirginibus quamuis enim omne peccatum et uoluntate nascatur et poterit {*sic*} corruptione carnis mens et uita non pollui tamen hoc eis aberit si quod potuerunt animo non amittere doleant se uel corpore perdidisse Cum itaque de omnibus quae fratris nostri potenti relatio continebat plenissime dilectionem uestram uideatis instructam superest ut concordii oboedientia salubris suscipiatis {susceptis *corr.*}[232] hortatis {hortatibus *corr.*}[233] et nihil per concentationem {*sic*} agentes sed ad omnem {omne *corr.*}[234] studium deuotionis unianimes diuinis et apostolicis constituitionibus {*sic*} seruiatis et in nullo patiamini pia canonum decreta uiolari quae enim nunc certarum remissimus consideratione causarum antiquis deinceps custodienda sunt regulis ne quod ad tempus pia lenitate commissimus iusta post haec ultionis plectamus[235] [f. 132v]

**incipit papae leonis ad aquilieinensem episcopum**

Relatione sancti fratris et coepiscopi nostri septimi quae in subditis habentur agnouimus quosdam praesbyteros et diacones ac diuersi ordinis clericos quos pelagiana siue celestianiana {

[231] Scratched correction.
[232] Scratched correction.
[233] Scratched correction.
[234] Scratched correction.
[235] Other versions of this text continue hereafter.

celestiniana *corr.*} heresis habuit inplicatos ita in uestra prouincia ad communionem catholicam peruenisse ut nulla ab eisdem damnatio proprii exigeretur erroris et pastoralibus excubiis nimium ormiantibus {dormitantibus *corr.*} lupos ouium pellibus tectos in ouile dominicum non depositis bestialibus animis introisse et quod per auctoritatem canonum decretorumque nostrorum insontibus quidem {non *add. sup. lin.*}[236] creditur usurpasse ut relictis ecclesis in quibus clericatum aut acciperant aut reciperant instabilitatem suam per diuersa circumferant amantes semper errare et numquam in fundamento apostolico permanere quoniam qui nullo discussi examene {*sic*} in nullo sunt praeiudicio sua {suae *corr.*} professionis obstricti hunc maxime expetunt fructum ut sub uelamento communionis plures domos sedeant et per falsi nominis inscientiam multorum corda corrumpant quod utique efficer {efficere *corr.*} non possent si ecclesiarum praesules necessariam diligentiam in talium receptione seruassent nec cuiquam eorum euagari in diuersa licuisset ne ergo hoc ulterius audeatur neue per quorumdam [f. 133r] neglegentiam introducta pernicies ad euersionem multarum tendat animarum hoc nostri auctoritate praecepti industriae tuae fraternitatis indicimus ut congregata apud uos synodo prouincialium sacerdotum omnes siue praesbyterii siue diaconi uel cuiuscumque ordinis clerici qui de pelagianorum cælestinianorumque consortio in communionem catholica mea {*sic!*} inpudentia sunt recepti ut non prius ad damnationem sui coartarentur erroris nunc saltim posteaquam ypochrieses eorum ex quadam parte detegitur ad ueram correctionem quae et ipsis prodesse et nullis possint nocere cogantur damnent apertis professionibus suis superbi erroris auctores et quod in doctrina eorum uniuersalis ecclesia exorruit detestentur omniaque decreta synodalia et quae ad excissionem huius heresis apostolicae sedis confirmauit auctoritas amplecti se et in omnibus adprobare plenissime et apertis ac propria manu scriptis protestationibus eloquantur nihil in uerbis eorum obscurum nihil inueniatur ambiguum quoniam nouimus hanc istorum uersutiam ut in quacumque {par *add. in mg.*} pericula dogmatis execrandi qua damnandorum soliditate discreuerint nihil sibi sensum suorum æstiment esse non saluum Cumque omnes definitiones suas ad subrepiendi {*sic*} facilitatem [f. 133v] inprobare se simulent adque deponere hoc sibi tota arte fallendi nisi intellegantur excipiunt ut gratia dei secundum merita dari accipientium sentiatur quae utique nisi gratis datur non est gratia sed mercis {*sic*} retributioque meritorum dicente beato apostolo gratia salui facti estis per fidem et hoc non ex uobis sed dei donum est {non *add. sup. lin.*} ex operibus ne forte quis extollatur ipsius enim

---

[236] Scratched correction.

sumus figmentum creati in christo iesu in operibus bonis quae praparauit {*sic*} deus ut in illis ambulemus {Eph 2, 8–10}

Omnis itaque bonorum operum donatio diuina præparatio est quia non prius quisquam iustificatur uirtute quam gratia quae unicuique principium iustitiae et bonorum fons atque origo meritorum est sed ab istis ideo per naturalem industriam dicitur praeuenturi ut quae ante gratia {gratiam *corr.*}[237] proprio clara sit studio nullo uideatur peccati originalis uulnere sauciata falsumque sit quod ueritas ait quoniam filius hominis uenit quaerere et saluare quod perierat {Lk 19, 10}

Cauendum ergo dilectioni tuae est magnaque diligentia prouidedendum {prouidendum *corr.*} ne scandala suscitentur et de excisso ollim dogmate aliquid in prouincia tua eiusdem mali germen oriatur

Quod non solum in radicibus suis crescat sed etiam sanctae eclesiae subolem ueneno sui oris inficiat qui correctos se uideri uolunt ab omni suspicione se purgent [f. 134r]

ET oboediendo nobis probent esse se nostros quorum si quisquam salubrius praeceptis satisfacere detractarit siue ille clericus[238] siue sit laicus ab ecclesiae socitate {*sic*} pellatur ne perdita animae suae saluti insidiatur alienae illam quoque partem ecclesiasticae quia et ollim a sanctis patribus et a nobis sepe decretum est ut nec in praesbyteratu {praesbyteratus *corr.*}[239] gradu nec in diaconatus ordine clericorum ab ecclesia ad ecclesiam cuiquam transire sit liberum ut in integrum reuoces admonemus ut unusquisque non ambitione inlectus non cupiditate seductus non persuasione hominum deprauatus ubi ordinatus est perseueret Ita ut si quis sua quaerens non quae iesu christi ad plebem et ad ecclesiam suam redire neglexerit et ab honoris priuilegio et a communiones {communionis *corr.*} uinculo habeatur extraneus non autem dubitet dilectio tua nos si quod non arbitramus neglecta fuerunt quae pro custodia canonum et prouidei {pro fidei *corr.*} integritate decernimus uehementius commouendos quia inferiorum ordinum culpae ad nullos magis refferendae sunt quam ad desides neglegentesque rectores qui multam sepe nutriunt pestilentiae {pestilentiam *corr.*} dum austeriorem dissimulant adhibere medicinam

---

[237] Scratched correction.
[238] clericus] *corr. from* dericus *?*
[239] Scratched correction.

**explicit ad aquilicensem episcopum**

**incipit papae leonis ad septimum episcopum** [f. 134v]

LEctis fraternitatis tuae litteris uigorem fidei tuae quem ollim noueramus agnouimus congratulantes sibi quod ad custodiam gregum christi pastoralem curam uigilanter exsequeris ne lupi qui sub specię ouium subintrarunt bestiarum seuitia semplices quosque delacerent et non solum ipsi nulla correctione proficiant sed etiam ea quae sunt sana corrumpant quod ne uiperea possit obtinere fallacia ad metropolitanum episcopum prouinciae uinetiae scripta direximus quibus ad status sui periculum cognosceret si quisquam de pelagianorum et caelestinianorum consortio ueniens in communionem catholicam sine professione letime {legitime *corr.*} satisfactionis habeatur saluberrimum enim est et spiritalis medicinae utilitati plenissimum ut siue praesbyterii siue diaconi uel cuiuslibet ordinis clerici qui se correctos uideri uolunt errorem suum et ipsos erroris auctores damnari a se sine ambiguitate fateantur ut sensibus prauis et dudum peremptis nulla sperandi supersit occassio nec ullum membrum ecclesiae talium possit societate uiolari

Cum per omnia illis professio coeperit propria obuiare circa quos etiam illam canonum constituitionem {*sic*} praecipimus custodiri ne ab hiis ecclesis ad quos proprie pertinent sinantur abscidere et pro suo arbitrio ad loca sibi non deputata transire cum quod {recta *add. in mg.*} non permittitur inculpatis multo [f. 135r] minus debeat licere suspectis proinde dilectio tua cuius deuotione gaudemus iungat curam suam dispositionibus nostris et cum supradicto metropolitano det operam ut circum spectet ac uelociter inpleantur quæ ad totius ecclesiae in locomitatem {incolomitatem *corr.*} et laudabiliter sunt suggesta et salubriter ordinata amen

**incipit sinodus episcopalis calcidonensis abitus a quincentis et XX episcopis contra euthicentem**

Uenerabilius[240] {*sic*} totius mundi conuentus qui ex gratia dei nostri et decreto clementissimorum et relegiosorum imperatorum ualentiani {*sic*} et marciani augustorum adunatus in calcedonensem metropolitanam bithiniae uiciuitatem {*sic*} in martyrio sanctae atque uictricis eufimiae decreuit quae subter conpræhensa sunt

Dominus et saluator noster iesus christus fidei intellectum discipulis confirmare praecipit pacem meam do uobis pacem meam {relinquo uobis *add. in mg.*} {Io 14, 27} et ne ulla dissensio inter suos ex relegiositate uenerabili oriatur sed ex ea quod ueritatis ostendatur praeconium quoniam non desit per sordiculas quasdam malignus insidiare pietatis seminibus sed semper noui quiddam aduersus ueritatem indagatur ob hoc dominus noster habens prouidentiam humani generis hunc clementissimum ac fidelem aduersus emulum nobis concessit principem qui undique ad se sacerdotes conuocauit ut gratias {gratia *corr.*} domini [f. 135v] nostri iesu christi cooperante totam falsitatis noxam adgresus abieciat et ueritatis eam conroboret germinibus quod et fecimus communi decreto uel iudicio erroris sequentes {persequentes *corr.*}[241] sectas sed et pertissimorum patruum innouamus fidem tricentorum decim et octo symbolum omnibus praedicantes et quod sincera agnitione animo concoepisse cognoscimus sacerdotes {adtitulantes *add. in mg.*} notabimus

Et post haec conuenerunt in urbem constantinopolitanam numero centum quinquagenta etiam hii hanc confirmantes fidem nos uero hunc ordinem et omnes fidei formulas custodientes decernimus sæcundum effessitanorum concilium quorum auctores uenerabilis[242] memoriae caelestinus urbis romae et quirillus alexandrinae ecclesiae urbis episcopus unianimiter sentientes iuste praecellere inculpauilis fidei expositionem trecentorum decim et octo uenerabilium ac beatissimorum patruum qui in niceam temporibus diuæ memoriae constantini imperatoris conuerunt {conuenerunt *corr.*} etiam obtinere uero et centum quinquaginta uenerabilium episcoporum aput constinopolim quae decreta sunt ad interemptionem secrarum {sectarum *corr.*} pululantium et crescentium manifestatione huius catholicae et apostolicae fidei nostrae symbolum tricentorum decim et octo et centum quinquaginta

---

[240] istam episcopus {episc *with macron over* pi} iam scius sym {*sic; corr. to* scripsi in *?*} codice praespiteri tribuni *gl. in mg.; cf. Paris, Bn, lat. 3836 (secundum Schwartz, ACO 2.2, p. 11):* ista epistola iam scripsi in codice presbiteri Tribuni
[241] Scratched correction.
[242] uenerabilis] *looks like* uenenabilis

Credimus in unum deum patrem omnium factorem caeli et terræ uisibilium omnium et inuisibilium et in unum dominum iesum Christum [f. 136r] filium dei unicum de patre natum ante omnia saecula deum uerum de deo uero natum non factum eiusdem substantiae qua pater est per quem omnia facta sunt qui propter nos homines et propter nostram salutem discendit incarnatus est de spiritu sancto et maria uirgine homo factus crucifixus pro nobis sub pontio pilato sepultus resurrexit tertia die ascendit ad caelos sedet ad dexteram patris inde uenturus cum gloria iudicare uiuos et mortuos Cuius regni non erit finis et in spiritum sanctum {spiritu sancto *corr.*} dominum et uiuificatorem a patre procedentem qui cum patre et filio et {et *cancel.*}[243] adoratur et glorificatur qui locutus est per prophetas in unam catholicam atque apostolicam aecclesiam confitemur unum baptismum in remisione peccatorum speramus resurrextionem {resurrectionem *corr.*} mortuorum uitam futuri saeculi amen.

Sufficerat quidem ad plenari[a]m {plenarium *corr.*} pietatis agnitionem sanctum hunc et salutare diuinae gratiae secretum de patre enim et filio et spiritu sancto decet nos plenaria perfecte domini nostri iesu incarnatio quibus fideliter credulitas adest sed quoniam hii qui ueritatis destruere conantur praeconium quasdam innouationes procreuerunt secretalem domini nostri incarnationem corrumpere nisi sunt et diuinae uocis uirginem creatricem ausi sunt denegare et sconfussionem {confussionem *corr.*} unius naturae [f. 136v] humani corporis et diuinitatis ausi sunt conponere separabilem et corruptibilem unici filii diuinam naturam dicere temptauerunt ab {ob *corr.*} hoc omnem ipsis oproponendam {opponendam *corr.*} aduersus ueritatem machinationem uolens hoc praeuenerabile atque mundanum concylium antiquo illo praeconio et firmo exemplo decreuit docens praecipue tricentorum decem et octo episcoporum uenerabilium fidem manere incontaminatam et aduersus illos qui spiritui slo {sancto *corr.*} aduersantur quam fidem etiam posteriore tempore in urbe constantinopolitana centum quinquaginta conuenientes uenerabiles episcopi et doctrinam nobis spiritus sancti substantiae confirmauerunt non quod aliquid deesset priscae fidei superadicientes sed aduersus eos qui tebantur {nitebantur *corr.*} diuini spiritus conceptione aduersari et domini nostri potestatem corrumpere hos ergo scripturis diuinis adtestatibus {adtestantibus *corr.*} euidentius manifestantes propter illos uero qui substantiae secretum euertere insecrabantur {insectabantur *corr.*} dicentes hominem sine diuinitate fuisse creatum ex uenerabile uirgine maria inpudenter {delerantes *add. in mg.*} et

---

[243] Scratched correction.

[******] {fulgaliter *add. in litura*} uenerabilis quandam {*sic*} episcopi quirilli alexandrinae ecclesiae litteras synodicas ad nestorium et alias totius orientis congruas existentes suscipit aduersus nestori amentiam in quibus manifesta expraesio certi adque salutaris symbuli desiderantibus [f. 137r] epistolam adque archiepiscopi leonis primæ sedis quae distinata et directa uidebatur ad uenerabilem sanctae memoriae flauianum ad intercidendam euthicis malignitatem quamuis sancti petri confessioni concordantem et unam adque similem paginam uisa est aduersus obtrectantium audaciam euidenter edere conuenit integre fidei credentibus Nam et eos qui quasi uiuariam {*sic*} dei uiui substantiam secretalem nituntur diuidere oppugnant hos etiam qui passibilem audent dicere diuinitatem unici filii hos reppellendos et de omni synodo oportet nec non et hos qui duplicem naturae commixtionem confusione domini nostri argumentantur inpugnare et qui caelestem uel etiam alterius constare substantiam quam ex nobis adsumpsit formam serui ipsos ergo figuram delerantes uel insanientes diecimus {*sic*} et hos qui duas ante natiuitatem domini naturas unam post unationem {*sic*} fingentes excommunicare oportet

Sequamur igitur patrum nostrorum sententiam unum et eundem confites {confitentes *corr.*} dominum iesum christum conuenienter edocentes perfectum eundem in diuinitate perfectum eundem carnalem hominem deum certum eundem hominem certum eundem ex anima rationabili et corporis substantia patri in diuinitate similis item et nobis per omnia in humana substantia similem praeter [f. 137v] peccatum ante saecula ex patre progenitum saecundum diuinitatem sed in ultimis diebus eundem propter nos et propter nostram salutem ex maria uirgine di[n]ini {diuini *corr.*} numinis creatrice secundum hominem unum eundemque christum filium dominum nostrum unicum in duplici natura inconfuse inmutabilem indiuise cognoscendum in nullo duplicis naturae distantia interempta propter unitatem salua propriaetate naturae utriusque sub una persona non sub una substantia conuenientes neque in duas figuras diuissam atque partitam sed unum eundem filium unicum deum uerum iesum christum sicut antiquitus profetae pro eo etiam ipse nos iesus christus erudit et patrum nobis tradidit symbolum quorum itaque cum omni ueritate et suauitate {nobis *add. sup. lin.*} ordinatam {*sic*} statuit uenerabilis et mundana ecclesia nullam aliam fidem licere cuiquam proferre aut edere uel docere uel tradere alterum symbolum conponere uolentibus ad scientiam ueritatis ex paganitarum aut iudaicae aut hereticae cuiuslibet sectae conuertere hos uero siue sint episcopi aut clerici alienos esse ab episcopatu seu clecricatu {clericatu *corr.*} sint sed et si monachi sint aut laici hos excommonicare iubemus

**explicit synodus mundanum id est uniuersali apud calcidonia**

**incipit de synodo nicaeno scripta papae** [f. 138r] **damassi ad paulinum an**[**ti**]**ochene urbis episcopum**

Credimus in unum deum patrem omnipotentem creatorem uisibilium et inuisibilium et in unum dominum nostrum iesum christum filium dei natum ex patre unigenitum hoc est ex substantia patris deum ex deo lumen ex lumine deum uerum ex deo uero natum non creatum unius substantiae cum patre quod crete {*sic*} dicunt homousion per quem omnia facta sunt siue quae in caelo siue quae in terra qui propter nos homines et propter nostram salutem discendit incarnatus est homo factus passus est et resurrexit tertia die ascendit in caelis uenturus inde iudicare uiuos et mortuos et spiritum sanctum neque facturam neque creaturam sed de substantia deitatis Eos autem qui dicunt erat tempus quando non erat et priusquam nasceretur non erat et quia ex nullis exstantibus factus est uel ex alia subsistantia {*sic*} dicentes mutabilem et conuertibilem filium dei hos anathematizat catholica et apostolica ecclesia

Post hoc concilium nicenum quod in urbe a {a *ras.*} constantinopolitana concilium congregatum est a catholicis episcopis addiderunt de spiritu sancto et quia postea hic error inoleuit et {ut *corr.*} quidam ore sacrilego auderent dicere spiritum sanctum factum esse per filium

Anathematizamus eos qui non tota libertate proclamant eum cum patre et filio unius potestatis esse atque substantiae [f. 138v]

Anathematizamus quoque eos qui sabelli sequntur errorem eundem dicentes esse petrem {patrem *corr.*} quem et filium

Anathematizamus arrium atque eunomium qui pari impietate licet sermone dissimili filium et spiritum sanctum adserunt esse creaturas

Anathematizamus macedonianos qui de arri {*sic*} stirpe uenientes non perfidiam muntauere {muntauere *corr.*} sed nomen

Anathematizamus fotinum qui aebionis heressim instaurans dominum iesum christum tantum ex maria confitetur

Anathematizamus eos qui duos filios adserunt unum ante saecula et alterum post adsumptionem carnis ex uirgine

Anathematizamus eos qui pro hominis anima rationabili et intellegibili dicunt dei uerbum in humana carne uersatum cum ipse filius sit uerbum dei et non pro anima rationabili et intellegibili in suo corpore fuerit sed nostram id est rationabilem et intellegibilem sine peccato animam susceperit atque saluauerit

Anathematizamus eos qui uerbum filium dei extentione aut collectione et a patre separatum et insubstantiuum et finem habitaturum esse contendunt

Eos quoque qui de ecclesis migrauerunt tamdiu a communione nostra habemus alienos quamdiu ad eas redierint ciuitates in quibus primum sunt constituti quod si alius alio transmigrante in loco uiuentis est ordininatus {*sic*} tamdiu uacet [f. 139r] sacerdoti dignitate qui suam deseruit ciuitatem quamdiu successor eius quiescat in domino

Si quis non dixerit semper patrem semper filium semper spiritum sanctum esse anathema sit

Si quis non dixerit filium natum de patre id est de substantia ipsius diuina anathema sit

Si quis non dixerit uerbum domini uerum deum filium dei deum sicut uerum deum patrem eius et omnia posse et omnia nosse et patri aequalem anathema sit

Si quis dixerit quod non {non *expunct.*} in carne constitutus filius dei cum esset in terra in caelis cum patre non erat anathema sit

Si quis dixerit quod in passione crucis dolorem sentibat {sentiebat *corr.*} filius dei deus et non caro cum anima quam induerat forma serui quam sibi acciperat sicut ait scriptura anathema sit

Si quis non dixerit quod in carne quam adsumpsit sedet ad dexteram patris in qua uenturus est iudicare uiuos et mortuos anathema sit

Si quis non dixerit spiritum sanctum de patre esse uere ac propriae sicut filius de diuina substantia et deum uerum anathema sit

Si quis non dixerit spiritum sanctum omnia posse omnia nosse et ubique esse ficut {sicut *corr.*} filium et patrem anathema sit

Si quis dixerit spiritum sanctum facturam esse aut per filium factum anathema sit [f. 139v]

Si quis non dixerit omnia per filium et spiritum sanctum patrem fecisse id est uisibilia et inuisibilia anathema sit

Si quis non dixerit patris et filii et spiritus sancti unam diuinitatem potestatem maiestatem potentiam unam gloriam dominationem unum regnum atque unam uoluntatem ac ueritatem anathema sit

Si quis non dixerit tres personas ueras patris et filii et spiritus sancti aequales semper uiuentes omnia continentes uisibilia et inuisibilia omnia potentes omnia iudicantes omnia uiuicantes {uiuifcantes *(sic) corr.*} omnia facientes omnia quae sunt saluanda saluantes anathema sit

Si quis non dixerit adorandum spiritum sanctum ab omni creatura sicut filium et patrem anathema sit

Si quis de patre et filio bene senserit de spiritu autem sancto non recte habuerit hereticus est

Quod omnes heretici de filio dei et spiritu sancto male sentientes in peruidia {*sic*} iudeorum et gentilium inueniuntur

Quod si quis patiatur deum patrem dicens et deum filium eius et deum spiritum sanctum deos dicere et non deum propter unam diuinitatem et potentiam quam credimus esse et scimus patris et filii et spiritus sancti subtrahens autem filium aut spiritum sanctum ita ut solum existmet {*sic*} esse deum patrem dici aut credi unum deum anathema sit omnibus immo iudaei [f. 140r]

Quod nomen deorum in angelis et sanctis hominibus a deo est possitum et donatum de patre autem et filio et spiritu sancto propter unam et equalem diuinitatem non nomen deorum sed dei nobis ostenditur atque indicatur ut credamus quia in patre et filio et spiritu sancto solum

babtizamur et non in archangelorum nominibus aut in {in *expunct.*} angelorum quomodo heretici aut iudei aut etiam gentiles dementes faciunt

Haec ergo est salus christianorum et {ut *corr.*} credentes trinitati id est patris et fili et spiritus sancti in eam ueram solam unam diuinitatem et potentiam maiestatem et substantiam eiusdem haec sine dubio credamus

**incipit expositio fidei**

CRedimus unum deum patrem omnipotentem et filium eius unicum dominum nostrum conceptum de spiritu sancto iesum christum deum et dominum nostrum et spiritum sanctum deum non tres deos sed patrem et filium et spiritum sanctum unum deum {esse *add. in mg.*} confitemur non sic unum deum quasi solitarium nec eundem qui ipse sibi pater sit ipse et filius sed patrem uerum qui genuit filium uerum ut est deus de deo lumen de lumine uita ex uita perfectum de perfecto totum a toto plenum a pleno non creatum sed genitum non ex nihilo sed ex patrę unius substantiae cum patre spiritum uero sanctum deum non ingenitum neque genitum non creatum nec factum sed patris et filii semper in patri et filio coæternum [f. 140v] ueneramur unum tamen deum quia ex uno patre totum quod patris est deus natus est filius et in patre totum quod patris est deus natus est filius pater filium generans non minuit nec amisit plenitudinis suae deitatem totum autem quod deus pater est id esse et filium ab eo natum certissime tenentes cum spiritu sancto unum deum piissime confitemur

**explicit**

**incipit eiusdem serm** {*sic*}

CRedimus iesum christum dominum nostrum dei filium per quem omnia facta sunt quae in calis {cælis *corr.*} et quae in terra uisibilia et inuisibilia propter nostram salutem discendisse de caelo qui numquam desierit esse in caelo natum de spiritu sancto et uirgine maria uerbum caro factum

est {est *cancel.*} non amisit quod fuerat sed coepit esse quod non erat non demutatum[244] sed deum permanentem etiam hominem natum non putatiue sed uere non aereum sed corporeum non fantasseum sed carneum ossa sanguinem sensum animam habentem ita uerum deum et uerum hominem intellegimus et uerum deum hominem fuisse nullo modo ambigamus confitendum hunc eundem dominum iesum christum adinplesse legem et profetas passum sub pontio pilato crucifixum sæcundum scripturas tertia die a mortuis resurrexisse adsumptum in caelis sedere ad dexteram patris inde uenturum iudicare uiuos et mortuos exspectamus [f. 141r] in huius morte et sanguinem mundatus {sanguine mundatos *corr.*}[245] remissionem peccatorum consecutus {consecutos *corr.*}[246] suscitandos die nouissima[247] nos ab eo in eadem carne qua nunc uiuimus et habemus accepturos ab eo aut uitam aeternam praemium bonum meriti aut sententiam pro peccatis aeterni supplicii

**incipit de fide catholica**

NOs patrem et filium et spiritum sanctum confitemur ita ut in trinitate perfecta et plenitudo sit diuinitatis et unitas potestatis nam tres deos dicit qui diuinitatem separat trinitatis deus [****] {deus *add. in litura*} et filius deus et spiritus sanctus deus et tres unum sunt in iesu christo tres itaque formae sed una potestas ergo diuersitas plures facit unitas uero potestatis excludit numeri quantitatem quia {unitas numerus non[248] *add. in mg.*} est. sic itaque unus deus una fides unum baptisma

Si quis uero hanc fidem non {habet *add. in mg.*}[249] catholicus non potest dici quia catholicam non tenet fidem alienus est profanus est aduersus ueritatem rebellis est

**explicit de fide catholica**

---

[244] demutatum] *corr. to* demutum *?*
[245] Scratched corrections.
[246] Scratched correction.
[247] nouissima] *corr. from* nouissimo *?*
[248] non] *corr. from* nos *?*
[249] Scratched correction.

**incipit exemplar epistolae synodi sardicensis factae ad iulium urbis romae episcopi**

Quod semper credimus {*sic*} etiam nunc sentimus experientia enim probat et confirmat quae quique {*sic*} auditione audiuit uerum est enim quod beatissimus magister gentium paulus apostolus de se locutus est quamquam utique quia in ipso dominus christus habitauit dubitare non possit spiritum per animam [f. 141v] eius locutum et organum corporis personasse et tu itaque dilectissime frater corpore separatus mente concordia uoluntate adfuisti et honesta fuit et necessaria excusatio absentiae ne aut lupi scismatici aut canes heretici rabido furore excitati insani oblatrarent aut certe serpens diabulus blafemiorum {*sic*} uenenum effunderit hoc enim optimum et ualde congruentissimum esse uidebitur si ad caput id est ad petri apostoli[250] sedem de singulis quibusque prouinciis domini refferant sacerdotes quoniam ergo uniuersa quae gesta sunt et quae acta quae constituta et charte continent et uiuae uoces carissimorum fratruum et conpraesbyterorum nostrorum archidami et filoxeni et carissimi filii nostri leonis diaconi uerissime et fideliter exponere poterunt pene superuacuum uideatur eadem hiis inferre litteris quae patuerunt aput omnes qui conuenerunt ex partibus orientis qui se appellant episcopos quamquam sint ex his certi auctores quorum sacrilegas mentes arriana heresis pestiuefero {pestifero *corr.*} tinxit ueneno diu tergiuersatos propter differentiam ad iudicium uenire noluisse tuamque et nostram repraehendere communionem quae nullam habebat culpam quia non solum LXXX episcopis testantibus de innocentia athanassi pariter credimus sed et con[f. 142r]uenti pro {per *corr.*} praesbyteros tuos et per epistolam ad synodum quae futura erat in urbe roma uenire noluerunt satis iniquum erat illis contemnentibus tot sacerdotibus testimonium perhibentibus marcello et athanassio denegare societatem trea {*sic*} fuerunt quae tractanda erant nam et ipsi relegiossissimi imperatores permisserunt ut de integro uniuersa discussa disputarentur et ante omnia de sancta fidei integritate ueritatis quam uiolauerunt

Secunda personis quos dicebant esse deieetos {deiectos *corr.*} de iniquo iudicio uel si potuissent probare iusta fueret {fieret *corr.*} confirmatio

Tertia uero quaestio quae quaestio uere appellanda est quod graues et aceruas iniurias intollerabiles etiam et nefarias contumilias ecclesiis fecissent

---

[250] apostoli] apos *with macron over* po

Cum raperent episcopos praesbyteros diaconos et omnes in exilium mitterent ad deserta loca transducererent {transducerent *corr.*} fame siti nuditate et omnia aegestate necarent nonnullos uinculis ferreis ita ut ceruices eis paruissimis circulis stranguilarentur {*sic*}

Denique ex ipsis quidam uincti in eadem iniusta defecerunt pena quorum ambigi non potest martyrio gloriosam mortem exstitisse adhuc quoque audent [f. 142v] quosdam retinere nec ulla causa fuit criminisi {*sic*} quod repugnarent et clamarent quod execrarentur arrianam et eusebium heresim et nollent habere cum talibus communionem quia ut in saeculo seruire malluerunt prodisse et qui ante fuerunt deiecti non solum recepti sunt sed etiam ad clericalem dignitatem promoti et acciperunt praemium falsitatis quid autem de impiis et de imperitis adolescentibus {ursatio *add. in mg.*} et uolente statutum sit accipe beatissime fratrater {frater *corr.*}

Quia manifestum erat eum concessare adulterinae doctrinae laetalia semina spargere et quod ualens relicta ecclesia aliam inuadere uoluisset

Eo tempore quo seditionem commouit unus ex fratribus nostris qui fugere non potuit uiator obrutus et conculcatus in eadem aquiliensium ciuitatem tertia die defecit causa utique mortis ualens qui perturbauit qui sollicitauit

Sed ea quae beatissimis augustis significauimus cum legiritis {legeritis *corr.*} facile peruidebitis nihil nos praetermisse {praetermisisse *corr.*} quantum ratio patiebatur et ne molesta esset longa narratio quae fecissent et quae commississent insinuauimus

TUa autem excellens prudentia disponere debet ut per tua scripta qui in sicilia et qui in sardinia in italia sunt [f. 143r] fratres nostri quae acta sunt et quae difinita cognoscant et ne ignorantes eorum accipiant litteras communicatorias id est episcopalis quos iusta sententia degradauit

Perseuerant autem marcellus athanassius et asclepius in nostra communione quia obesse eis non poterat iniquum iudicium et fuga et tergiuersatio eorum qui ad iudicium consci omnium peccatorum qui conuenimus uenire noluerunt

Plena relatio fratrum quos sincera caritas tua missit unianitatem {*sic*} tuam perdocebit

Eorum autem nomina qui pro facinoribus suis deiecti sunt subicere curauimus ut sciret eximia grauitas tua qui essent commonione priuati ut iante {uti ante *corr.*} praelocuti sumus

Omnes fratres et coepiscopos nostros litteris tuis admonere digneris ne epistolias id est litteras communicatorias eorum accipiant

Item nomina {hereticorum *add.*[251]}

acacius
ursacius
mofantus
ualens
georgius
narcisus
stefanus
a cessaria
a singuiduone
ab effesso
a minsa
a laodicia
ab hieropoli
ab antiochia

SIGIBERTUS SCRIPSIT[252]

[251] hereticorum] *inserted here via a signe de renvoi from within the list of heretics, where* hereticorum *has been expunctuated (from between* stefanus *and* a cessaria*)*
[252] sigibertus scripsit] *in capitals, added at the bottom of the page by a later hand*